






DR. 194. (57)



I. N. J.  
**D. LUTHERUM**  
UT  
**CONFESSOREM,**  
**MARTYRI CONTRADISTINCTUM,**  
IN  
**COMITIIS WORMATIENSIBUS**

*ANNO MDXXI.*

MAXIME CONSPICUUM,

Institutâ Historiæ Ecclesiasticæ Recentioris cum antiquiori collatione,  
ad deprædicandam SUMMI NUMINIS Gloriam,  
Et Confundendam Adversariorum Inqvitatem,  
Consensu Benignissimo

Summè Ven. in Illustri Rostoch. Universi FCTtis THEOL.

SUB MODERAMINE

**DN. ANDREÆDANI-  
ELIS HABICH HORSTII.**

S. Th D. Eiusdemq; P. P& Consiliarii Duc. Mekelb. Consistorialis,  
Amplissimiq; Professorum Ducalium Collegii, nec non Laudatæ  
jam FCTis Theol. Senioris, & h. t. Decani

**PATRONI, PRÆCEPTORIS, STUDIORUMq; SUORUM PROMOTORIS**

Submissa animi Observantia ætatem Devenerandi

PRÆSES

**M. JOHANNES Gottlieb  
MÖLLERUS Gedanensis,**  
DISSERTATIONE HISTORICO-THEOLOGICA

*D. XV. Decembris A. M DC XCIII. in AUDITORIO MAJORI*

benevolis Eruditorum Censuris subjicienda

exhibit

RESPONDENTE

**JOHANNE Schmidt/ Sedinensi.**





# PROOEMIUM.

**O**VAM vanum & invalidum est, quod, ad palliandam Papismi sui Novitatem, ex Antiquitate primævæ Novi Testamenti Ecclesiæ, magno adeo conatu præsidium sibi quærunt Pontificii, tam firmum contrà & egregium est, quod, pro tuendâ renovatæ Veritatis Antiquitate, in accuratissima Ecclesiæ suæ cum primæva & illibatâ illa J. C. Sponsâ conformitate, relictum sibi vident subsidium Protestante Orthodoxi Sanè quisquis cordatus obiter saltem solemnem illum inveteratos Curia Romanæ errores specioso sincerioris Antiquitatis titulo vestiendi morem inspexerit, qvam subdola sit Ecclesiæ Romanæ erga sanctos Patres reverentia, non modò ex Patrum scriptis, mox rejectis mox approbatib, cum Jacobo Laurentio, in eleganti suo tractatu, sub hoc titulo edito, verū etiam omnibus conaminibus aliis, nullo negotio agnoscat; Lutheranam verō (ut nominari se patitur,) Ecclesiam cum sancto illo in primis N. T. seculis fidelium cœtu si quis curâ & sinceritate debitâ contulerit, is ipse non modo in consideratione Doctrinæ, & quæ ad illā referri solent, quicquid Luthe-  
 rus, Brentius, Chemnitius, horumq; Para statæ suo docuerunt tempore, & suc-  
 cessores hodienum docent, idem in Asiâ Ignatium, Romæ Clementem, Justi-  
 num Martyrem, Tertullianum, in Galliis Irenium, Alexandriæ Clementem Alex-  
 andrinum, Originem, Dionysium, Carthaginæ Cyprianum tradidisse quon-  
 dam comperiet; sed quoq; ipsa etiam fati tantam inter hodiernam & anti-  
 quam Ecclesiam Orthodoxam deprehendet convenientiam, ut nihil ferè acci-  
 ditse illi, ceu matri, quod huic, ut genuinæ filie, suæ etiam modo non eve-  
 nerit, ultro sit confessurus. Prius sanè (ut alia prætoreamus scripta) in præ-  
 claro Antiquitatum Ecclesiæ opere evicit Theologus, de studio præprimis  
 Historiæ S. excellentissime meritus, B. Bebelius, tantâ cum felicitate, ut Illu-  
 strissimus quidam inter Pontificios etiam Vir, inspectis prioribus Ejus Dil-  
 putationibus, sit professus; nihil haecne hoc in genere se vidisse pulchrius,  
 distributius, Et tot magnarum materiarum compressione fæcundius, quod merito  
 longum post sesyra depositat, Et abidam mercatur expectationem; imò con-  
 tinuationem ejus vehementer urserit, additâ promissione, se suis etiam opus  
 hoc commendaturum esse, quod ab omnibus legi dignum judicer, prout videre  
 est ex Dedicatione T. I. præmissa. Posterius quanta & facilitate & felicitate  
 evinci possit, in eruditissimâ suâ, Cassandri & Wicelii &c. Scriptor-  
 rum editioni præmissâ Præfatione summus ille Polyhistor Herm. Con-  
 ringius ostendit. Ut proinde jure optimo pronunciare de semet possint Or-  
 thodoxi id, quod falso de cœtu Pontificio Adamus à Contzen in Jubilo Ju-  
 bilorum p. 14. quondam asseruit: Collegæ nostri in S. literarum sensu sunt Epis-  
 copi, communione totius orbis clari, martyres nobis in eodem censu sunt, eadem  
 nobiscum tabulâ proscribuntur. — Vocent (nos Pontificii) Anti-Christianos, be-  
 stiales, Babylonios, meretricios: fingant, quæ ipsa calumnia nesciat, dicant, quæ  
 furcites coborrescat, nostram & martyrum ne disjungant causam. Audire  
bac

4

*hacum Lino, Cleto, Clemente (Christianis antiquis in universum omnibus) de-  
betat, et si nos malignitas sycophantarum contristet. Simus Anti-Christianis Ba-  
bylonii, sed quales illi, qui pro Christo gloriosum sanguinem effuderunt. Qui  
Martyres accusat, omnem sibi excusationem praescidit. — Qui nos accusat, — i-  
dem accusat eos, quos Domitianus, Diocletianus, Maximianus, Trajanus, A-  
drianus, Antoninus, Severus, Maximinus, & horum Collega barbaræ crudelitate  
dilexerunt, occiderunt. — Absoltit nos, qui sic accusat, non nisi de Virtute reos  
agit, quos in Martyrum fide bibere testatur. — Recreat nos & firmant illa male-  
dicta. Idem vero quoad conformitatem maximè fatorum ( siquidem do-  
ctrinæ harmonia evicta jam sit à plurimis ) quæ Lutheranæ cum antiqua  
intercedit Ecclesiæ, ut pateat evidenter, auspice supremo Ecclesiæ suæ  
Rectore, DEO, producemus, ut res vel unico elucescat exemplo, in medium  
**D. MARTINUM LUTHERUM**, à quo, tanquam Doctore primario, denomina-  
tionem vulgo sortiuntur Orthodoxi, ostensuri ex antiquiori pariter ac  
recentiori Ecclesiæ Historia, quomodo animosa Veritatis defensio non modò  
antiquos Catholice Fidei propugnatores, sed & junctum iis Lutherum  
gloriofo CONFESSORIS & MARTTRIS titulo ornaverit. Id quod eâ fieri  
methodo, ut LUTHERUM CONFESSOREM Dissertatio præsens, LUTHE-  
RUM vero MARTREM alia, quæ propediem hanc excipiet, sit exhibitu-  
ra. Quò vero Lutherus noster Confessor puram, qualis in se est, con-  
fiteatur Veritatem Historicam, is, qui ut supremus Fidei Confessor testatus  
est bonam Confessionem sub Pontio Pilato (I. Tim. I V. 13.) quæcunq; salubriter scienda  
nescimus, (ut nostrum faciamus Votum Fulgentii,) doceat nos, in his quæ veræ  
nobis custodiat nos, in quibus veris titubamus, confirmet nos, & à falsis ac no-  
xiis eripiatur nos, ut de calamo scribentis procedant, quæ sint coram ipso principi-  
liter grata, & sic siant fidelibus cunctis accepta.*

### CONSPECTUS.

- |  |  |
|--|--|
| I. <b>M</b> ethodus Dissertationis.  | (5.) B. Reiseri Launojus Confessor.  |
| II. Inchoatur membrum prius,<br>quod expendit vocem Confessoris, cuius ex-<br>ponitur (1.) Etymologia.                     | (6.) D. D. Mayeri Gallia Discreta Catbo-<br>lica.  |
| III. (1.) Homonymia, que in tres or-<br>dines scriptores, voce Confessoris utentes,<br>distribuit.                         | (7.) D. D. Habichhorstii. Papatus pro-<br>prio Canonum gladio jugulatus  |
| IV. Consideratur scilicet primo usus<br>vocis Confessoris à Scriptoribus Ecclesiasticis<br>post Reformationem introductus. | IIX. Secundo expenditur quadruplex ac-<br>ceptio Confessoris in seculis, primam anti-<br>quitatem subsecutis usitata; siquidem Con-<br>fessor notat (a) Psalmistam.                      |
| V. Ubi adducuntur (1.) Flacii Catalo-<br>gus Testium Veritatis.  | IX. (B) Virum sanctum quemvis.   |
| VI. (1.) B. Gerhardi Confessio Cathol. &<br>Bellarminus Orthodoxyæ Testis.   | X. (Y) Confessionarium.  |
| (3.) B. Dorschei Thomas Confessor.   | XI. (D) Monachum.  |
| VII. (4.) D. D. Kortholti Valerianus<br>Confessor.   | XII. Tertio evolvitur acceptio Confessoris<br>in seculis primis usitata, ubi (a) ostenditur in<br>genere discrimin inter Confessorem & Mars-<br>tyrem ex Auctore L. de duplice Martyrio. |
|  | XIII. Item ex Tertulliano & Cypriano, ex<br>Opt. Milebit, Actis Passionis, Maximini &<br>Perbis Caji Papæ.   |
|  | XIV.   |

- XIV. (B) Exponitur ipsa vox Confessoris duplice constitudo Confessorum classem.
- XV. Ubi Prior Classis considerat Confessores, qui variis calamitatibus ob Confessionem onerati, quo referuntur (1.) Verba Ep. Lugd. & Vienn. ex Eusebio.
- XVI. (2.) Loca varia Cypriani, in quibus Confessoris titulus tribuitur.
- (a) His, qui variis calamitatibus oppressi.
- (B) Exulibus.
- (Y) Incarceratis.
- (J) His, qui sanguinem inter confitendum effuderant, Confessores floridi inde dicti.
- XVII. (1.) Verba Pontii Diaconi.
- XIX. (4.) Exempla (a) Hilarij. (B) Paphnutij: (Y) Variorum (J) Confessorum Gallicanorum.
- XIX. Sequitur Clavis Posterior sistens Confessores, qui parati quidem fuere ad sustinendas miseras, non tamen ob confessionem actu sustinuerent eas. Quo referuntur (1.) loca Cypriani.
- XX. [2.] Exempla ex Victore & Theodoro.
- XXI. Antequam ad applicationem progressus fiat, praemittuntur quadam ad explicationem duplicitis Confessorum Clavis facientia;
- XXII. Notatur (1.) Martyrem insigniri quandoq; Confessoris titulo, & Martyrum titulum Confessoribus prioris Clavis tribui, seu absolute cum additione aliqua, ut distinguerentur a Confessoribus Clavis posterioris.
- XXIII. (II.) Literas Confessorias pertinere potissimum ad Confessores Clavis Prioris.
- XXIV. (III.) Admonitiones Patrum ad Confessores, in perseverentia conservando, respicere potissimum Confessores Clavis Posterioris.
- XXV. Subjungitur membrum posterius, quod ostendit Confessoris titulum competere Luthero (a) non prouti is tribuitur Confessoribus Clavis Prioris.
- XXVI. Sed (1.) prouti is assignatur Confessoribus Clavis posterioris, quod probatur.
- ex Confessione VVormatiae in publicis Comitiis An. 1521. edita.
- XXVII. Ubi narratur (a) quā occasione, & quomodo Lutherus VVormatiam vocatus fuerit.
- XXIX. (B) Quām forti animo fuerit Lutherus, dum audivisset citatum se VVormatiam esse.
- XXIX. XXX. (Y) Quām animose iter VVormatiam aggressus, & persecutus fuerit.
- XXXI. (J) Quām prudenter Confessionem suam inchoaverit d. 17. Aprilis.
- XXXII. Ubi Fontificiorum adversus Lutherum criminationes (N) recensentur, & (D) refutantur productis, Lutheri ipsius verbis.
- XXXIII. XXXIV. (E) Quām intrepide Confessionem suam d. 18. April. absolvere Lutherus.
- XXXV. (Z) Quām constanter in Confessione semel edita permanjerit.
- XXXVI. (M) Quām bene Confessionis aetui finem imposuerit.
- XXXVII. Ex quibus omnibus (H) elicetur, Lutherum Clavis Posterioris Confessoribus jure accenseri.
- XXXIX. Subjungitur appendix de Iusu dissertationis, qui est.
- XXXIX. (I) consideratio divinae (1.) Potentie, confirmantis Lutherum in confessione sua.
- LXLI. LXII. (L.) Providentiae, Luther Confessori illustrem occasionem suppeditantis, cumque adversus quāvis molimina defendantis.
- XLIII. Adjicitur Ius (II.) qui est refutatio criminationum Papisticarum.
- XLIV. Ubi recensentur (1.) eadem ex Rostio
- XLV. XLVI. XLVII. (2) Refutantur, dum confessio Lutheri verbis Patrum Ecclesiae antiquae defenditur.
- XLIX. XLIX. Et reliqua objectiones resolvuntur.
- L. Conclusio subjungitur verbis Cypriani.
- A. D. Mar

Methodus  
Dissertatio-  
nis.

Inchoatur  
membrum  
prius, quod  
expendit so-  
cem Confessos  
ris, cuius ex-  
ponitur (1.)  
Etymologia.

(2.) Homo-  
nymia, que  
in tres ordi-  
nes scriptores,  
voce Confesso-  
ris utentes,  
distribuit.

Considera-  
tur scilicet  
primo usus  
socii Confesso-

**D**MARTINUM LUTHERUM ut CONFES-  
SOREM, collatione quādam Historiæ Ecclesiastice  
Antiquioris cum recentiori institutâ, adumbraturi,  
membra constituimus duo; quorum prius vocem *Con-  
fessoris* exponet, posterius, quomodo illustris hic tî-  
tulus ob *confessionem*, Wormatiæ oīm editam, opti-  
mo jure Megalandro huic nostro adscribi possit, docebit; Quibus  
per appendicem quasi Uſus qualiscunque hujus Schediasmatis annexe-  
tur theologicè pertractandus.

II. Ut igitur, quod ad prius membrum attinet, vocem  
*Confessoris* paulo curatius explicemus, opus quidem non erit de *Ety-  
mologia* ejus multa congerere: siquidem *Confessorem* à *confessendo* di-  
ci, *confiteri* verò, (quod, interprete ipso Cicerone, est *aperte at-  
que ingenuè aliquid confiteri*, L.V.Ep.2.) derivari à *fateri*, (quod à  
fando, quasi idem sit ac *vehementer loqui & affirmare*, de dicitur,  
notatque spontaneam assertionem, monente Perotto, ) notius est,  
quām ut pluribus deducatur. Notamus modò contra Donatum &  
alios, qui vocem *confiteri* coactam involvere veritatis adstructio-  
nem autumant, cum Martinio in *Lex. Philos* p. 791. usum ipsum vo-  
ces *fateri* & *confiteri* non adeò coarctare; quemadmodum id ex-  
empla quoque apud Cellarium in recentiore Thesauri Fabro-Buch-  
neriani editione adducta, manifestabunt.

III. Diligentiores verò considerationem *Homonymiæ* depositit  
evolutio, quæ ut ordine instituatur, de variâ vocabuli hujus accep-  
tione consulemus ex scriptoribus Ecclesiasticis (in horum enim sty-  
lum pro scopi ratione unicè inquiremus) (1.) eos, qui proximè post  
Reformationem, B. Lutheri ministerio peractam, in peculiari significatu  
idem usurpârunt; (2.) hos qui in ætate primis N.T. seculis proxima, spe-  
cialem ipsi significationem attribuerunt; (3) denique istos, qui primi in pri-  
mam id antiquitatem introduxerunt, quos, quia soli sunt huius loci, ulti-  
mò demum loco producemus, ut applicatio ab antiquissimis Christi  
servis ad felicissimum antiquæ veritatis instauratorem Lutherum eò  
meliùs fieri poslit.

IV. Ad scriptores igitur, primò quod attinet, qui, exortâ denuò Evan-  
gelii per Reformationem, Lutheri ministerio peractam, luce, *Confe-  
foris* voce in novo significatu usi fuere, denotârunt hi titulo jam nomi-  
nato

nato eos præcise, qui vel ante ingruentes Papatūs tenebras, vel sub ipso Pontificis Rom. jugo medias inter tenebras, veritatem, qvam su-  
periori seculo pristinæ restituit claritati Lutherus, licet fæno subinde &  
stipulis permixtam, agnoverunt, qvos magno agmine, ut Papistico de  
Lutheranismo ante Lutherum sophismati satisfacerent, mox sub *Confes-  
sorū*, mox *sub veritatis Testiū* Titulo producere coacti fuerunt orthodoxi.

ris à Scripto-  
ribus Ecclesi-  
asticis post  
Reformatio-  
nem intro-  
ductus.

V. Primum inter eos locum sibi hic vindicat merito *Matthi-  
as Trancowizius*, cognomento *Flacius*, vulgo *Illyricus* à Patriâ sic di-  
ctus, qvem *superioris seculi Originem*, partim ob exantlatos in Ec-  
clesiæ commodum labores, partim ob nævos, in qvibus humani quid  
passus est, (qvibus tamen non pari semper cum pertinacia adhæsse vi-  
detur, prouti nos docet in *Supplemento H. E. S. XVI. P. IV* p. 38*i*, ope-  
re, qvo totam sibi obligatam reddidit Rempublicam Literariam, Magnifi-  
cus summèq; Venerabilis D.D. Fechtius, productis in medium verbis Joh.  
Pappi ad M. Christoph. Irenæum in Epistola A. 1571. perscriptis :  
*Illyricus, si de re ipsa convenire nobis poterit, substantiæ vocalulum pa-  
ratus est abjecere*) cum B. Quenstedio de Patriis Illustrium Virorum  
p. 262 non malè dixeris, cum illustri suo Opere, quod *conquistis un-  
dique ex Bibliothecis, raris historiis, & variis scriptis actionibusq;*,  
*ingenii labore, maximo sumptu, nec parvâ temporis jaclurâ, denig-  
subvenendo gravissima periula*, (ut in Dedic. ad Remp. Lubec. ipse met  
loquitur,) sub Titulo, *Catalogi Testium Veritatis*, seu eorum, qui an-  
te nostram etatem Pontificibus Romanis, eorumque erroribus recla-  
marunt, ut verba habent Tituli, in lucem emisit. Quo de porro ad  
illustranda ea, in qvibus periculorum sumptuumq; e verbis Flacii ipsius  
injicitur mentio, non possumus, qvin adscribamus Melchioris Adami  
relationem in vita Flacii p. 475. *Vit. Germ. Theol.* communicatam, cum  
grano tamen salis accipiendam: *contextuit Abbas Job. Tritbemius  
catalogum auctorum.* Huic cùm vidisset Flacius; temperare sibi  
non potuit: quin dissimulata personâ, & habitu, aliquot in Germa-  
niâ monasteriorum Bibliothecas perlustraret: quos commodè posset bi-  
floricos clam auferret: atque isto adminiculō librum, qui *Catalogus  
Testium Veritatis* indigitatur, conscriberet. Editus est stupendi la-  
boris hic Catalogus, in linguam Germanicam translatus, à *Conra-  
do Lauterbachio*, Francof. A. 1573. cum consensu ipsius Auctoris, quip-  
pe

*Ubi addu-  
cuntur (1.)  
Flacii Cata-  
logus Testi-  
um Veritatis.*

pe à quo adjutum semet in interpretatione locorum difficiliorum, ipse met editor fatetur in præfat: p. 17. Idiomate vero Latino, (ut Joh. Wolffii *Lectionum memorabilium & reconditarum centenarios*, qvos ex Flaciano maximam partem catalogo compilatos esse, & collatio docebit, & observavit Diethericus in dedic. p. 37 operis mox citandi, silentio præterreamus) *Simon Goulartius Silvanectinus Lugduni* (idem nisi fallor, cum Goulartio, qvi in Actis Synodi Dordracenæ. mox P. I. p. 14. Epistolæ Theologorum Genevensium, ad Synodum datæ primus ut Ecclesiastes Genevensis & Calvinianus, cernitur subscriptissimæ, mox p. 63. à Remonstrantibus, qvi in Synodo citati comparuerant, accrimis causæ Remonstrantium Patronus & Vindicibus accensetur, quem sibi etiam in defensione causæ adjungi petierunt, unde & Gallo-Belgici declararunt Simonem Goulartium à ministerio Ecclesiae Amstelodamensis approbante Synodo Gallo - Be'gica, remotum jam dudum fuisse, indultumq; est decreto publico, ut Goulartius libere ad Synodum veniret.) Anno 1597. duobus Tomis in IV. Flacii nomine in titulo planè suppresso, suo verò, quasi plagiis à conscientiâ accusatus, in Dedicatione prioris Tomi, & Titulo, itemq; Epistola nuncupatoriâ Tomi posterioris, literis initialibus S.G.S. expresso, publicavit, malâ tamen adeò fide, ut non modò non *vetus-renovatus* hic codex, pro quo venditat eum in Dedicatoriis ad Ottōnem Grynradium Editor, sed depravatus planè censi debeat; qvemadmodum vel unius Berengarii (qvem T. II. L. XII. p. 335., ut Calviniani pariter ac Arminiani Erroris, realem, qvam credunt firmiter orthodoxi, Corporis sangvinisq;ve Dominici in S. Cœna præsentiam impugnantis, Patronum producit, quo de tamen nec vola nec vestigium in genuino Flacii scripto apparet) commemoratione patet, proindeq; in eundem planè censum referri mereatur cum Centuriarum Magdeburgensium falsario, Ludovicio Lucio, dehinc à nobis aliquando in lucem specialibus Dissertationibus, D.V. protrahendo; Speciminis interim loco, si placet, *Observationum nostrarum Miscellanearum Decas*, p. 10. conferatur. Quamobrem, ut ad Flacium revertamur, operam eo magis laudandam præstitit Vir Celeberrimus I. C. Dietericus, cum novâ recensione, notis & auctario Testimoniorum, partim editorum, partim ineditorum, scriptum sæpe laudatum sub genuini nomine auctoris A. 1672. IV. ede, re non fuit migratus Francof.

VI. Sed

## LUTHERUS CONSESSOR.

VI. Sed ex diverticulo in viam! Flaciano Veritatis Testium Catalogo adjungimus merito B. Job. Gerhardi Confessionem Catholicam, ipsis Pontificiis ex confessione suâ, ut alibi docuimus, formidabilem; nec non Ejusdem Bellarminum Orthodoxie Testem: siquidem Doctrina Evangelica, quam Ecclesiae Invar. A. C. addictæ profitentur, ibi ex Pontificiorum etiam in genere scriptorum, hic vero ipsius in specie Bellarmini suffragiis confirmatur. Quemadmodum etiam referendis huc est B. Dorschei, incomparabilis quondam Argentoratensium primò, de hinc verò hujus quoq; Universitatis, Theologo, Thomas Aquinas, Confessor Veritatis Evangelicæ, Augustanæ Confessor. Confessione repetitæ, Pontificiis, qui ex Urbani V. Decreto Thomæ Doctrinam, tanquam veridicam Catholicam, & Johannis XXII. de ciso Thomam Ecclesie Confessorem agnoscere tenentur (vid. Proœmium Dorscheanum) merito sub hoc titulo objectus, nec Orthodoxis per Thomæ Leonhardi, Dominicani, Opus Anti-Dorscheanum hucusque ereptus, prouti vel ex vindiciis Reiserianis fiet manifestum.

VII. In eodem etiam sensu Confessoris voce usus est Theologus, de Ecclesia J.C. immortaliter meritus, Magnif. Summeq; Ven. D.D. Kort. bolt, Praeceptor noster, & in J.C. Parenz Observantia, & Pietate filiali ætatem colendus, quando solidam Demonstrationem, quod Ecclesia Romana hodierna non sit vera Christi Ecclesia, ex Valeriani M. Capucini Apologia Anti-Jesuitica deducturus Valerianum Confessorem vulgari. Quo scripto Ecclesia Romana adeò offensa est, ut non modò trinis illud vicibus, jussu Alexandri VII. Indici prohibitorio inseruerit, (v. si placet, Diff nostram de Nomine Liberip. 13.) sed etiam per Capuccinum quendam Salisburgensem, & Christianum Fabrum impugnare tentaverit; quorum tamen uterq; ne vocem Confessoris in Titulo positam intellexit, prouti videre est ex Celeberrimi Dn. Auctoris Apologia, contra illum n. 3, & contra hunc n. 10. Neq; alium sibi præfixum habet scopus B. Antonii Reiseri, Hamburgensis quondam Theologi, Johannes Launojus Theologus, & Sorbonista Parisiensis, Testis & Confessor Veritatis Evangelico-Catholicae in posterioribus fidei capitibus controversis, adversus Robertum Bellarminum, & alios quosdam sedis Romanæ Defensores, egregius Gluculentus; contra Christianum Lupum, Emanuelem à Schelstrate, Natalem Alekandrum, Dominicum Galesium & Franciscum Marobesum vindicatus. Eodem etiam tendit Gallia Discreta Catholica,

(4.) D. D.  
Kortholti  
Valerianus  
Confessor.

(5.) B. Reiseri  
Launojus  
Confessor.

B

f. Ca.



(6.) D.D.  
Mayeri Gal-  
lia Discreta  
Catholica

D.D.Habich-  
horstiiPapa-  
tus proprio  
Canonum  
gladio jugu-  
latus.

*Secundo ex-panisimum* Dissertatione jam fuit evictum.

qenditur  
quadruplex  
acceptioCon-  
fessoris in Se-  
culis, primam  
antiqvitatem  
subsecutis, u-  
stanta, siqvi-  
dem Confes-

Catalogus Testium Veritatis ex recentioribus Scriptoribus Gallicis, Edm. Richerio, P. D. Huetio, P. de Marca, Steph. Baluzio, Mabillonio, Natal. Alexandro, Launojo, Jac. Benign. Bossuet, Lud. Maimburgio, Cas. Oudino, &c: collectus, exhibens testimonia Pontificiorum juxta nobiscum abusus Ecclesiae Pontif. notantium, vietasq; adeo Evangelicæ Veritati manus porrigentium, qvem Magnif. Summèq; Venerab. D D. Mayerus Kilonii qvondam in publicis Lectionibus exposuit, qvas, cum summo qualiumcunq; studiorum incremento, & nos audivisse gratâ, qvâ par est, observantia agnoscimus, cum omnibus Ecclesiæ, Reipublicæq; literariæ benè cupientibus etiam atq; etiam optantes, ut cum universo orbe erudito illustre hoc opus aliquando communicetur Referri qvoq; huc merentur Magnif. Summeq; Ven. D.D. Habichhorstii, Dissert. hujus nostræ Moderatoris, Disput. sub titulo: *Papatus proprio Canonum gladio jugulatus*, qvibus is qvidem ante XIV. annos monumenta & munimenta *Augustane Confessionis nostræ*, in *Jure Canonico* ( tanquam uniones pretiosissimos in sterquilinio ) passim latitantia, contraq; Papatum fortiter militantia, colligere, adeoque Symboli illius augusti dogmata ex Canonibus juris Pontificii, tanquam propriis Pontificiorum Confessionibus, stabilire cœpit, cuius continuationem operis cum omnibus, qvi elegantioribus favent studiis, pariter desideramus. Alia hujus Generis scripta præterimus, quia vel ex his abundepatet, qvid *Confessoris* Titulo significatum voluerint, qvi post Reformationis tempora eodem contra Pontificios ex Nostratibus sunt usi; nec multis monemus, eundem hujus non esse loci, siqvidem qvâ ratione Veritatis sub ipso Papatu Confessoribus Lutherus ante cæptum etiam bellum indulgentiarum consideratus accenseri queat, in nupera de *Luther*o *Lutherano ante Luthe-*

*panisimum* Dissertatione jam fuit evictum.

HIX. Qvod igitur jam secundò acceptiōē vocabulū *Confessoris* apud Auctores in seculis primam antiqvitatem excipientibus occurrentem concernit, quatuor potissimum modis hanc vicissim variare videbimus. Per Confessores enim (a) denotantur *Cantores* & *Psalmiste* ex infimo planè Clericorum gradu, secundum conjecturam Hugonis Menardi, in notis ad *Gregorianum de Sacramentis* librum ita dicti, qvod conficeri stylo scripturæ laudes decan-

1678

ture DEI s̄apius denotet. Hoc sensu intelligendus est Concilii To- sororat(α) Psalmistam  
letani I., quod refertur ad initia Sec. V., Can. 6. puella DEI nec familia-  
ritatē babeat cum CONFESSORE aut cum quolibet Laico sibi sanguinis  
alieni, aut convivium sola adeat, nisi ubi sit Seniorum - frequentia,  
ubi honestē CONFESSOR quilibet cum plurimorum testimonio testium  
convivio interesse possit; itemque Can. 9. nulla professa vel vidua,  
absente Episcopo vel Presbytero, in domo suā ANTIPHONAS CUM  
CONFESSORE vel seruo suo faciat. Quæ etiam significatio obtinet a-  
pud Gregorium M. qui floruit sec. VI. in L. Sacramentorum: Oremus &  
pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Acolythis, Exorcisis,  
Lectoribus, Ostiariis, CONFESSORIBUS.

IX Confessorum ( $\beta$ ) titulus insignis loco elogii tributus legitur ( $\beta$ ). Virum  
omnibus, qui, vitâ sancte & laudabiliter peractâ, placidè in Domino ob- sanguine  
dormiverunt. Qvomodo Egbertus, Archi-Episc. Eboracensis, qui clar. q̄emvis.  
Sec IIIX., in excerptis C 28 Sandi Patres, inquit, quos CONFESSORES  
nuncupabimus i. e. Episcopi, Presbyteri, qui in castitate servierunt  
DEO; & Odo Cluniacensis, qui clar. S. X., præf. in vitam S. Geraldii,  
Comitis Aurelianensis, ait: *cum igitur CONFESSOR à confiendo vo-*  
*cetur, Geraldus tantò rediūs Confessor dici potest. quanto justiorib[us]*  
*factus DEum est confessus.*

X. Quem ( $\gamma$ ) hodiè Confessarium s. Confessionariorū vocamus, (γ) Confesse-  
Walafrid. Strabo, qui c. S. IX, in visione S. Wellini, Monachi, me- riūm.  
tricè descriptâ, Confessorem vocat, canens:

*CONFESSOR Fratrum gnarus conferre medelam.*  
Qvorsum etiam pertinent, quæ ex Vita Hugonis Abb. Bonævallis n. 8.  
adducit du Fresne T. I. Gloss. p. 1165. *Quidam famulus cellararii infor-*  
*matus est usq[ue] ad mortem, & CONFESSUS est peccata sua Monacho,*  
*pauperum CONFESSORI, & injunxit illi infirmo, ut hoc confiteretur*  
(peccatum) *abbati.*

XI. Denique ( $\delta$ ) Monachos, qui pro expiandis delictis, ab- (δ) Monas-  
dicatâ seculari vita, monasticam eligunt, Confessorum nomine insig- chum,  
nitos fuisse, notat laudatus du Fresne l. c. adducens ex Ant. de Vepez  
Chron. Ord. S. Bened. T. V. chartam Beremundi Regis, quam ad  
S. X. refert, in quâ hæc habentur: *& constitutum est in hereditate pro*  
*prisā monasterium construere, ut esset illi habitatio CONFESSORUM.*

advenientium hospitum, atque pauperum refrigerium - sicut in eorum vita adsum, & Deo annuente completum est. Post excessum vero viæ illorum, ut fieri adsolet, de ipsorum genere nati & geniti sunt, qui literis erudit, & in confessione nutriti, confessionis gradum adepti sunt. Omnes autem has acceptiones ab instituto nostro alienas esse, patet ex iis, quæ circa Titulum Confessoris in primam antiquitatem introductum tertio jam loco dicenda erunt.

*Tertio solvitur acceptio Confessoria in seculis primis, ubi morte decesserunt, Confessores v., qui constanter in cruciatibus ac misericordiis ostendit nomen Domini Iesu, parati mortem oppetere, tur in genere vel potius Martyrii supremam coronam ambientes; prouti verba discrimen inter Confessorem & Martorem ex Auctore L. de Spencæus Opp. p. 347 b.*

*Item ex Tertulliano & Cypriano.*

XII. Etenim Ecclesia usus, (in primis nempe seculis, quibus sangine Martyrum Ecclesia madebat), illos (qui pro gloria DEI certamen obierunt) discernit cognominibus, appellans eos Martyres, qui violentia mortis professi sunt nomen Domini Iesu, parati mortem oppetere, tur in genere vel potius Martyrii supremam coronam ambientes; prouti verba discrimen in hac de re habent Auctoris de dupl. i. Martyrio, inter Scripta perperam Cypriano tributa apparentis, quem Erasmo, utrum Cyprianicam Praesens & puritatem experiri posset, experienti, cum aliis adscribit Cl. E. Bore L. de Spencæus Opp. p. 347 b.

XIII. Ubi (a) quantum ingenere ad discriminem, quod Ecclesiæ usum Martyrem inter & Confessorem factum est, attinet, prætermisis jam, quæ in Tertulliani scriptis reperiuntur, Distinctionis hujus vestigiis, (vid. inter alia Tertullianum de Corona Milit. C. 2. scribentem: Omnes ita observant à Catechumenis usq; ad Confessores & Martyres vel negatores,) vel unius Cypriani, Gloriosissimi illius & Confessoris & Martyris, opera genuina abundantiter confirmant id, quod verbis citati jam scriptoris Cypriani sub nomine falso latentis, assertum notavimus. Generalius quippe ad distinctionem Ecclesiæ inter Martyrem & Confessorem respicit L. de Lapsis, p. 122. Ed. Brem: scribens: *Has Martyrum cœlestes coronas, has confessorum glorias spirituales, — mæstissima una (de lapsorum multitudine) contrifat.* Et in Ep. 16. p. 36. cum quovadam (Lapsis nimium indulgentium) immoderata & abrupta presumptio temeritate sua, (quæ consistebat in nimirum facilitate erga lapsos) & honorem Martyrum & Confessorum pudorem — turbare conatur, tacere ultra non opereat. Itemq; Ep. 17. p. 40. Audiant, (lapsi) quas, patienter consilium nostrum — ut secundum Domini disciplinam, & Confessorum presentiam, beatorum Martyrum litteras & desiderias

federia examinare possimus. Specialius autem discrimin hoc innuit idem de Unitate Ecclesiae p. 117., nego, inquietus, Confessio immunem facit ab insidie Diaboli, aut contra tentationes & pericula, & incursum argit impetus seculares adhuc in seculo possum perpetuam securitatem defendit; — Confessio exordium Glorie est; non meritum jam coronae, nec perficit laudem, sed initiat Dignitatem. Et Ep. 28. p. 54. ubi Confessores ita alloquitur: Gloriam Fidei & Virtutis vestre, Fortissimi ac Beatissimi Fratres, jam pridem de opinione cognoveram; latatus satis & plurimum gratulatus, quod vos confessione sui nominis paraverit ad coronam Domini nostri precipua Dignatio. — Inde vincendi auspicia cœperunt: Contingit hic per tormenta consummari Martyria, sed qui in congressione præcedens, exemplum Virtutis Fratribus factus est, cum Martyribus in honore communis est. — Lector igitur ex vobis. — Et quicum gratulor Martyribus isthic honoratis ob virium gloriam, tantum gratulor pariter & vobis, ob Dominii etiam Discipline coronam. Referenda etiam huc veniunt illa Optati Milevitani: L. I. adv. Parmenianum p. 16. Nam ferme En Operato ante annos LX. & quod exurrit, per totam Africam persecutionis est Milevitano. devagata tempes, que alios fecit martyres, alios confessores; Ut & quæ ex actis Passionis S. Maximini producit du Fresne Gloss. T. I. p. 1164. Ex Actis Pas- bis CONFESSOR est, tertio Martyr erit per Gladium. Nec prætermitti sionis Maxi- debent illa Caji Papæ à B. Bebelio antiquo P. I. p. 897. adducta: D. N. J. C. mini deniq; præscius fragilitatis humanae, duas credentium in se gradus constituuit, verbis Gajj Papæ. Confessionis scilicet, & martyrii, ut qui Martyrij pondus se non ferre posse viderentur, Confessionis Gratiam teneant, & concedentes laudem bellarum Christi militibus, & pro ejus nomine pugnaturis, illorum felicitatem gerant.

XIV Qvod vero (B) Confessores in specie concernit, (de Martiribus enim D. V. secutura ex professo aget Dissertatio) Verba, quibus Auctor L. de dupl. Mart. superius N. 12. eosdem descriptis, ansam dedere accusatoribus antiquitatis scrutatoribus, ad varia Patrum de Confessoribus testimonia eò curatius intelligenda, duplicem Confessorum horum met classem constituendi; In quarum priori titulo hoc illi insigniuntur, qui seu tormentorum cruciatum, seu carcerum squalorem, seu exilii

(B) Exponitur ipsa vox Confessoris duplicem constituendo Confessorum classem.

miseriam, seu varias variis generis molestias, ob liberam solemnemq; nominis Christi Confessionem adū fuēre perpetui; In posteriori vero isti, qui tametsi dictis jam molestiis nondum essent affecti; cœlestem, tamen veritatem, ubi coram judicibus interrogarentur, intrepido ore animoq; sunt confessi, nullis omnino mortis commoti minis: si quidem paratissimi erant vel atrocissima qvæq; tormenta, ipsamq; pœnarum ultimam, mortem, subire prius, qvam veritatem solenni confessione agnitam testatamq; abnegare, Conf. B. Quenstedijum Antiq. Bibl. -- Ec cl. p. 937. & Cl. Hoffmannum Cont. Lex. p. 514. a. Nec frustra hæc duo Confessorum genera sic constitui ipsis Patrum testimoniiis evidenter monstrare sumus parati.

*Ubi Classis  
Prior considerat Confessores, qbi variis calamitatibus ob confessionem onerati, quo referuntur*

XV. Ut igitur (I.) prioris de Classis Confessoribus in medium proferamus qvædam, ornatos fuisse titulo hoc illos, qui, ut descripti sunt ab auctore L. de dupl. Mart. n. 12. constanter in CRUCIATIBUS nomen Domini Jesu sunt confessi, docent nos fortissimi illi in persecutione Gallicana sub M. A. Antonino Phil. Heroës, qui quamvis nec semel aq; iterum, (verba sunt epistolæ Lugdunensis & Viennensis Ecclesiæ ad Asiae & Phrygiæ Christianos, quam exhibit Eusebius L. V. H. E. C. II.) sed saepius Martyrium subiissent, & à bestiis denuò in carcerem relati essent, quamvis ignium impressa vestigia, quamvis vibices & vulnera toto corpore circumferrent, tamen nec se ipsis Martyres prædicarunt, nec ita se appellari passi sunt, verum si quis per literas, aut in familiari colloquio eos Martyres compellasset, objurgarunt graviter atque increparunt, Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, ut pote fido veroque testi, & primogenito mortuorum, vitæque cœlestis Principi & Auctori. Eos quoque, qui jam ex hac vita migraverant, Martyres commorabant, ajentes: hi jam sunt Martyres, quos in ipsâ Confessione Christus assumi voluit, professionem ipsorum morte, tanquam annulo, obsignans, nos vero viles atque abjecti CONFESSORES.

(s.) Loca Sa-  
ria Cypriani, in quibus  
Confessoris  
titulus tri-  
buitur  
(a) His, qui

XVI. Confirmant eundem vocis hujus sensum scripta Cypriani passim, in quibus titulo hoc insigniuntur (a), qui variis generis supplicia in edita veritatis confessione superaverant. Huc enim tendunt illa, quando Demetrianum, Gentilem illum, stylo Pontii in vita Cypriani, blasphemum, (quem judicem in civitate Chartaginensi, aut aliquem

ex

ex consiliariis, qui Præsidi in judiciis adsistere solebant, adeoq; inferio-  
ris modò subsellii persecutorem fuisse, sunt, qui autumant) in L. ad  
ipsum sic alloquitur: quæ hæc est insatiabilis carnificinæ rabies, quæ inex-  
plebilis libido sæviæ? quin potius elige tibi alterum de duobus; Cbri-  
stianum esse, aut est crimen, aut non est. Si crimen est, quid non in-  
terficiis confitentem, si crimen non est, quid persequeris innocentem.  
Torqueri enim debui, si negarem, — tunc ad confessionem criminis vi-  
dotoris adigendus; — nunc verò cùm sponte confitear, Eclamem, &  
crebris ac repetitis identidem vocibus, Christianum me esse, conteste,  
quid tormenta admoves confitenti, & deos tuos non in abditis & se-  
cretis locis, sed palam, sed publicè, sed in foro ipso. Magistratibus &  
Præsidibus audiencibus, destruendi. Spectat huic ep. 10 p. 20. quâ Confes-  
sores sic affatur Præsul Venerabilis: gloriata est, & nuper quidem, (Ec-  
clesia) cùm confessione persante suscepta pena est, quæ Confessores Chri-  
sti feci extores. Confessio tamen præsens, quanò in passione fortior,  
tanto clarior, & majori honore est. — steterunt torti torquentibus  
fortiores. ac pulsantes, ac laniantes ungulas, pulsata acclanata  
membra vicerunt. In expugnabilem fidem superare non potuie-  
sleviens diu plaga repetita, quamvis ruptâ compage viscerum torque-  
rentur in servis Dei jam non membra, sed vulnera. Fluebat sanguis,  
qui incendium persecutionis extingueret, qui flamas & ignes gehen-  
na gloriose crux sopiret. Speciatim vero (B) apud cundem hoc  
elogio ornantur, qui exilium ob liberam Confessionem perpassi erant,  
unde Lucio, post exilium revertenti, ut Confessori de Confessione & re-  
ditu ab exilio gratulatur idem Cyprianus ep. 61. p. 144. subjiciens: in  
Confessoribus Christi dilata Martyria non meruum Confessionis minu-  
unt, sed magnalia divinæ protectionis ostendunt. Quemadmodum in  
hunc censem ipse etiam venit Cyprianus ep. 76. ad Confessores scribens  
Confessor. ipse p. 230. Gloria quidem vestra poscebat, ut ad conspectum &  
complexum vestrum venire ipse deberem, nisi me quoque ob confessionem  
nominis relegatum præfiniti loci termini coercerent. Conf. ep. 8. Et. Ep  
77. in quâ Nemesianus & alii Confessores ad Cyprianum: Scis & ipse, cha-  
rissime, nostrum optabilem eorum esse, quod te videamus Doctorem & Ama-  
torem nostrum ad coronam magnæ Confessionis pervenisse. — Credenobis,  
quoniam non est à centesimo premio minor (ha) innocens anima, quæ nec

gariis cala-  
mitatibus op-  
pressi.

(B) Exilio-  
bus.

secu-

seculi primos impetus timuit, nec ire in exilium recusavit, nec relinqueret civitatem dubitavit, nec in deserto loco commorari horruit, & quoniam multe documentum confessionis dedit, ipsum Martyrium prius dixit,

(y) Incar- alios enim ad Martyria facienda exemplo suo provocavit. Eodem (y) ceratis. charactere decorantur, qui editis confessionibus carceris squalorem sustinere fuerant coacti, conf. ep. 57. p. 72. ubi Confessores in carcere constitutos idem sic alloquitur: *Beatum facit prima, & una confessio, vos ies confitemini, quoties rogati, ut de carcere recedatis; carcerem, fide & Virtute præ eligitis.* — *Semel vincit, qui statim patitur, at qui manens semper in pænis, congregatur cum dolore, nec vincitur; quotidie coronatur.* conf. Ep. 6. p. 12. 13. & Ep. 30. p. 50. & Ep. 62. p. 146. add. de Ep. 5. p. 10. in qvâ de visitatione Confessorum in carcere constitutorum rite instituenda agitur, vid. & Tertullianum L. ad Martyres sub initium.

(d) His, qui sanguinem inter confitendum effuderant, Con- Deniq; (d.) nomine hoc veniunt illi, qui ipsam confessionem suam aliquâ etiam sanguinis profusione obsignarunt, unde talium Confessorum Confessio florida dicta fuit, Ep. 21. p. 44. ubi Celerinus ad Lucianum: *cum essem & ego in iam florida confessione;* & p. 45. audivit enim te floridorum ministerium perceperisse; & p. 46. *Salutare te Confessores floridi cum sororibus suis, Cornelia & Emerita, qui lætanur confessi- di inde dicti. One tuâ floridâ.* Ad qvæ Rigalius floridam dici confessionem notat *quasi purpuream, in qua sangvis fusus pro nomine Christi.* Quorū & pertinent, qvæ Cyprianus ipse habet Ep. 37. Confessores alloquens: *Vos de Domini vinea pingues racemi, & jam maturis fructibus botri, pressu- ræ secularis infestatione calcati, torcular carcere torquentes, vini vice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes Martyrij pocu- lum libenter bauritis.* Ubi & post pauca floridos eosdem Confessores sanguine fuso purpuratos dicit; imitatus forsitan Magistrum suum Ter- tullianum L. de Corona Militis militem, qui in persecutione sanginem profuderat, *russatum sanguine suo vocantem.* Qvomodo capienda etiam videntur illa Paulini Ep. 28: *Niveas S. S. Antistituum vietas, & floridas Confessorum purpuras occurrentium manus afferent Angelorum.*

(3.) Verba  
Pontii Dia-  
coni.

XVII. Nec infreqvens etiam hæc Confessoris acceptio apud alios est scriptores Ecclesiasticos, quemadmodum vel ex Pontio Diacono clarescit in vita Cypriani, quando: *tot Confessores frontium no- sitatarum secundâ inscripione signatos, & ad exemplum Martyrij su- per-*

*persitos reservatos incentivo tuba caelitis animasse Cyprianum refert.*

XVIII. Plura igitur acceptationis hujus testimonia in re plana ex aliis producere Scriptoribus supervacaneum censemus. Facere tamen non possumus, quin adhuc ad ipsa Confessorum Classis prioris (4.) Exempla exempla provocemus, qualia inter coruscant tum *Hilarius Pictav. Ep. Cathol.*, cum ab Arianis ad Phrygas relegatus esset, suorum temporum confessor Hieronymo in Ep. ad Magnum & Marcellam vocatus, tum (β) *Paphnus Paphnutius Confessor ex illis*, quos Maximianus dexteris oculis effossis, & sinistro poplite succiso per metalla damnaverat.

Quem Constantinus intanta venerazione & affectu habuit, ut saepius eum intra palatum evocatum complectereatur & illum oculum, qui in confessione fidei fuerat avulsus, avidioribus osculis demulceret, ut verba habent Ruffini L.I.H.E.C.4. videatur & Socrates L. I. C. II. Theodoritus L. I. C. 7. & Sozomenus L. I. C. 10, qui cum I. c. acturum se, de maximis Confessoribus, qui adhuc superstiteserant, dixisset, inter hos recenset, *Hofium Episc. Cordubæ, Ampbionem Epiphaniæ, quæ est in Cilicia, Maximum, qui post Macarium Ecclesiæ Hierosolymiane curam suscepit: Paphnutium denig, Aegyptium. Referti tandem huc etiam merentur Confessores in Persecutione Gallicana sub M. A Antonino Phil. ex n. XV ipseqve Cyprianus exul. ex N. XVI.*

XIX. Succedunt jam II. Classis Posterioris Confessores, illi nimirum qui constanter in minis moriis Confessi sunt non men Domini parati mortem oppetere, & Martyrii coronam ambientes; ut locutus supra fuit Auctor L. de duplice Mart. n. 12. miseras tamen antea nominatas cum prioris illius Classis Confessoribus, actu non sustinuerunt (v. N. XIV.) Elegantissime hi, ni fallor, describuntur à Cypriano sub init L: de Lapis, p. 121. quando Confessores, inquit, præconio boni nominis claros, & Virtutis ac Fidei laudibus glorioſos, letis conopeibus induemur, sanctis osculis adhaerentes, desideratos diu inexplicabiliter cupiditate complectimur. Adebat militum Christi cohors canida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentiam stabili congregione fregerunt; parati ad patientiam carceris; armati ad toleranciam mortis: repugnantes fortiter seculo, spectaculum gloriosum præbuistis DEO, securis fratribus suis exemplo. Religiosa Vox Christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est. Illustres manus, que non nisi divinis operibus affvergant, sacrificiis sacrilegia

C

reflex.

refliterunt. Sanctificata ora cœlestibus cibis, post corpus & sanguinem Domini, profana contagia, & idolorum reliquias respuerunt, Ab impio, sceleratoq; velamine, quo illic velabantur sacrificantium capita captiva, caput vestrum liberum mansit. Frons cum signo DEI pueru (i.e. in Baptismi lavacro signata;) Diaboli Coronam ferre non ponuit, coronæ se Domini reservavit. Quād vos lato sinu excipit Mater Ecclesia de prælio revertentes? Quād beata, quād gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis, de hoste prostrato trahēare referentes? Cum triumphibus Viris & farniae veniunt, quæ cum seculo dimicantes sexum quoq; vicerunt. Veniunt & gerinata militiæ suæ Gloriæ Virgines, & pueros, annos suos continentiae Virtutibus transeuntes. Ad eandem quoque significationem idem respicere Præul Venerabilis videtur, quando in Ep. 20. p. 43. secessum suum contra malignas multorum censuras defensurus ad Ecclesiam Rom: scribit: Absentiam corpore, nec spiritu nec animo, nec monitu meis desui. — Et quid egerim, loquuntur vobis epistolæ pro temporibus emissæ numero XIII. quas ad vos transmis. In quibus nec Clero consilium, nec Confessorib; exhortatio — desuit, postea quam verò tormenta venerunt, sive iam tortis fratribus nostris, sive adhuc, ut torquerentur, inclusis, ad corroborandos & confirmandos eos nosser sermo penetravit.

[2.] Exempla  
in Victore &  
Theodorito.

XX. Exempli loco referri posse hue videtur illud ingeniosæ crudelitatis (ut cum Cypriano ad Demetrianum p. 190 loqvar, ) decretum, quod Victor Uticensis, seu, ut aliis dicitur, Tununensis refert. de Persecut. Vandal. L. I. memorans quod Hunnericus Vandalorum Rex, Invictum quendam Catholicæ Fidei defensorem jussit ubi sententiam capi: alem, ita tamen callidus occulè præcipiens, ut si in illâ hora vibrantis gladii pertimesceret icum; magis eum occideret, ne Martyrem gloriosum fecisset, si autem forem in confessione perspiceret, à gladio temperaret, ubi addit: Sed ille, ut columnæ immobiles, Christo solidante, fortis effectus, Confessor revertitur gloriosus, & si Martyrem invidus hostis noluit facere, Confessorem tamen nostrum noluit violare. Qvâ in parte, ut obiter illud notemus, imitatus fuit Tyrannus, Arianâ hæresi infectus, Julianum Apostatam, qui sedulò cavit, ne Christiani Virtutis suæ Gloriam consequerentur, (ut Martyrium describit Lactantius L. V. divin. Inst. c. 12.) quantumvis

vis varii generis aliis calamitatibus Christianos libenter vexaret; Qvorum imprimis faciunt illa Greg. Nazianzeni Invect: I. Eum, quo Martires affici solent, honorem, athletis invidebat, ac proinde id molitur, ut ipse quidem & vim afferat, & interim afferre non videatur: nos contra & supplicia perferamus, & eo interim honore, qui pro Christi nomine patientibus haberi solet (martyrio nempe) careamus, Qvibus adde illa Chrysostomi Homil. XL in Juventinum & Maximum, scribentis: mericulofior erat, (Julianus) quam ut manifeste cum nostris configeret. Ne efficiamus, inquit, ut frequentes agant triumphos, continuas reportent victorias, & coronas obtineant. Conf: memorabile exemplum ap. Theodoretum L III. C. 17. & adde Chrysost. L. contra Gentiles, s. de Babyla. Pertinet etiam huc, ut ad priora revertamur, Edessena suis comitata fidei sociis mulier, qvam, cùm Valens, Arianæ hæresi addictus, mandasset, ut Praefectus Praetorii Catholicos virginis ac fustibus cæderet, & militaribus etiam armis, si opus foret, uteretur, Praefecto occurisset, memorat Theodoritus L IV. C. 17. ipsiq; ad quæstionem: quoniam proficiuntur? respondisse: cognovi insidias, quæ structæ sunt adversus famulos DEI, atq; idcirco ad consortes fidei, (qui extra moenia Edessæ congregati erant) cupio pervenire, ut unâ cum illis perferam cædes, quæ à vobis intentantur, adjiciendo, postea qvam, cur infantem gestaret? rogata esset: ut mecum exoptata mortis particeps fiat; Qvibus narratis subjicit Theodoritus: Hæc praefectus cùm ex muliere audisset, ab una illa cunctorum alacritatem considerans, rem Imperatori nunciavit, cædemq; frustra futuram monuit. Ignominiam enī, inquit, duntaxat eo facto relaturi sumus, illorum vero alacritatem minime extinguemus.

XXI. Et hæc de posterioris quoque Classis Confessoribus. Possemus jam ad membrum posterius pedem promovere, & qvorumnam Confessorum censi adscriptum vellemus Lutherum, declarare; sed cum supersint adhuc quædam ad illustrationem duplicitis, in qua Confessores collocavimus, classis, pace B. L illa præmittemus, ut deinde applicatio ad Lutherum nostrum planior evadat.

XXII. Scilicet (I) cum Doctores de distinctione inter Confessorem & Martyrem curatiū paulò agunt, notare solent, stylo quoque Patrum discriben id non esse perpetuum, sed Martyrem & Confessorem sèpè confundi, vel pro Synonymis haberi, v. Espencatum p. 347. b. Opp.

Signiri quanto  
de Confessos  
titulo, &  
Martyrum  
titulum Con-  
fessoribus  
prioris Classis  
tribui, seu ab-  
soluto seu cum  
additione  
aliqua, ut di-  
tingueren-  
tur a Confes-  
soribus Clas-  
si posterioris.

& alios passim. Ubi, etiamsi ( $\alpha$ ) non negemus, eos, qui propter mortem, quam veritatem Evangelicam obsignarunt, strictè dicti fuere martyres, aliquando dici Confessores, (ut apud Tertullianum L. IV. ad Marcionem: *Sic confessor est, cui nihil timendum est post occisiōnem, negator erit, cui timendum est etiam post mortem;* & Ambrosium L. II. ad Imperat. Gratianum: *jam satus, omnipotens Deus, nostro exūcio, nostroque sanguine Confessorum neces, exilia Sacerdotum & nefas tantæ impietatis eluimus;* Quemadmodum etiam referimus huc, quod sepulchra Martyrum Confessionum titulo legamus insignita, ut L. I. Ceremon. Episcop. c. 12. ap. du Fresne p. 1162. l. c. locu, qui in plebisque Ecclesiis sub altari majori esse solet, ubi S.S. Martyrum corpora requiescunt, qui *Martyrium, seu Confessio appellatur.* v: qvoq; Valesium in Eusebium p. 280. a. & adde Casalium de Rit. p. 517.) ut ut etiam ( $\beta$ ) nec inficiemur *Martyrum* titulo insigniri, qui Confessores modò dicendi erant; quemadmodum patebit ex proxime seqventibus; notamus tamen, ( $\gamma$ ) non tam novam hic à Patribus committi confusionem, quam accuratiorem denotari Distinctionem, ipsos inter Confessores observandam. Ocularis enim inspectio docebit, Confessores maximè classis prioris mox Confessores seu simpliciter, seu cum addito: *floridos gloriosos &c mox Martyres nominari*, quia consummationi Martyrii propinquiores erant, quam Confessores posterioris classis, fine ut videtur non alio, nisi, ut, quæ Confessores inter prioris & posterioris classis est differentia, clarius appareret. Solet autem hic *Martyrum* titulus nominatis Confessoribus tribui vel absolute vel adjectâ limitatione aliqua. Absolute ipsum usurpari videntur in epistolis Cypriani, quæ inscriptæ leguntur sapissime *Martyribus & Confessoribus*; Ubi, ut accurate notat Nic: Faber. ad ep. 10. *Confessores dicitur sunt, qui coram iudicibus interrogati, Christū professi erant. Martyres, qui Christū professi & propterea, ut abnegarent, torti perseverabant; quorsum etiam respexit Henr. Doodvvellus in dissertat. Cyprianicis ad ep. 21. p. 27. a. monens: quod nomen Martyrum etiam superstitiibus concessum fuerit, si quid gravius confessionis causa passi essent.* Conf. inter Cypriani epistolam ep. 21 quæ est Celerini ad Lucianum p. 45. & ep. 22. quæ est Luciani ad Celerinum p. 47. ipsiusque etiam Cypriani ep. 15. p. 33. ep. 37. p. 74. Cum apposita limitatione quamdam, elogio Martyrum Confessores post crucifixus superstites insigniri, docet nos Tertullianus sub init: L. adv. Gnosticos: *alios inquiens ignis, atios gladii, alios bestiæ Christianos probaverunt, (quæ de martyribus strictè sic dictis capienda,) alii fusibus inten-*

rips

vim, & ungulis insuper DEGUSTATO MARTYRIO in carcere esurient; (quæ de Confessoribus prioris Classis intelligenda,) itemque sub initium L: ad Martyres scribens: inter carnis alimenta benedicti martyres designati, quæ vobis & domina mater Ecclesia de uberibus suis, & singula Fratres de operibus suis propriis in carcerem subministrante, capite aliquid & à nobis, quod facias ad Spiritum quoque educandum. Quos etiam paulò post Candidatos Martyrii vocat. Quorum etiam referenda illa Nazianzeni Orat. 30. in Basilium, quando, qui cruciatus sustinuerunt, Victoriae superstites suæ vivos Martyres, annimatæ columnas, tacitosque præcones suæ viriutis vocat.

(II.) Literas  
Confessorias  
pertinere po-  
tissimum ad  
Confessores  
Classis Prioris.

XXIII. Notamus (II.) Confessorias, quæ in antiquitate celebres sunt, epistolas, dictas ita, quia lapsi i.e. qui sacrificaverant idolis, aut necessitatem sacrificandi pecunia apud Magistratum redemerant, accep-  
to ob id securi natus libello, (unde libellatici dicti, v. Cyprianum de lap-  
sis, & Albaspinæum Observ. p. 98.) a Confessoribus, b. e. ab iis, qui  
persecutionis tempore gloriosâ voce DÆUM confessi in carcere detine-  
bantur, exorare solebant eas, ut pacem ab Episcopis acciperent, iuso  
que communicationis recuperarent, describente Ferrario de antiquo  
Epist. Eccles. genere. p. 35. 103. respicere potissimum Confessores Classis  
prioris, id quod velinde manifestum, quia è carcere plerumque dicuntur  
esse datae vid. præ cæteris Cabassutii Notit. Eccles. p. 72. & conf. Dood-  
vellum in dissert. Cypr. p. 27. a imprimis verò Cypriani inter Epistolas  
XXI. Epistolam. Qyoniam verò (ut obiter hæc adjiciamus) per nimiam  
& lapsorum impudentiam, & Confessorum conniventiam abusus  
plurimi in Ecclesiam introducebantur, ut patet ex querelis Cypriani plu-  
rimis in locis, (v. integrum Traet. de lapsis, & inter Ep. p. 33. 36. 39. 43.)  
obviam itum iisdem fuisse credunt plurimi ex antiquariis per Concili-  
um Eliberitanum, aliis mox Illiberitanum mox Eliberinum, mox Eli-  
bertinum dictum, quod Can. 25. decernit: Omnis, qui attulerit literas  
Confessorias, (alii: Confessionis), sublati nomine Confessoris eò quod sub  
hac nominis gloriâ partim concutiant simplices, communicatoria  
si dandæ sunt literæ. Qvorum & referre solent Concil. Arelaten-  
se I Canone 9. constituens: De his, qui Confessorum literas afferunt, pla-  
cuit, ut sublati eis literis, alias accipiant communicatorias, v. Ca-  
bassutum l. c. Ferrarium l. c. p. 101. & p. 35. du Fresne p. 1166. Qvan-  
quam tamen non desint inter viros doctos qui alium planè adductorum  
Canonum sensum esse credant, qvos inter est Albaspinæus l. c. p. 306. qui

canones hos ad literas communicatorias seu formatas refert, quas, qui per regre proficiserentur, à Martyribus extorquebant, cum tamen pro more Ecclesiæ ab Episcopis suis polcere eas debuissent; v. & Garsiam Loay- sam ad Concil. Spalense ap. Ferrarium l.c. qui Confessorias literas eas fu- isse autem, quæ Confessoribus, ut munere suo possent fungi, dabantur;

Quam tamen item nostram non faciemus.

(III.) Admonitiones Patrum ad Confessores, in perseverantia conservandos respicere potissimum Confessores Clasis Posterioris.

**XXIV.** Qvando (III) in primæ Antiquitatis Patrum scriptis plurimas observamus *admonitiones*, qvibus, ut in veritate solenniter agnita constantes persistant, admonentur Confessores, notamus, directas plerumq; illas esse ad Confessores posterioris classis, eo præ- primis fine, ut redderentur animosiores ad superandos feliciter cruciatūs, & confitendam liberè ulterius Doctrinam Christianam, Conf. Cypri- anum de unitate Ecclesiæ p. 117 & refer huc qvædam ex N. XIII. Exem- pli loco infervire forsitan poterit, qvod Ep. 46. p. 89. legitur, ubi Cy- prianus hortatur Confessores Romanos, qui Novatiano consenserant, ut ad Ecclesiam redeant; legatur & ep. 49. ubi Cornelius Ep. c Rom. cer- tiorem facit Cyprianum de Confessoribus ad pacem reversis; itemque ep. 33. in qua ipsi Confessores Cypriano id nunciant. Addidimus ta- men non sine causa, fieri id *PLERUMQUE*, qvia non inficiamus admo- nitiones hujusmodi directas etiam fuisse aliquando ad Confessores pri- oris classis, siquidem non desint exempla eorum, qui etiam post flori- dam Confessionem turpiter fuere lapsi, adeoque facto ipso probârunt, monitoriis hanc in rem maximoperè sibi opus fuisse. Originem sanè, qvem non modo ut puerum comitem Parenti ad Martyrium ire volu- isse ex Eusebio L. VI. c. 2. sed & sub Decio præprimis tanta passum fu- isse, novimus ex eodem L. VI. c. 39. ut jure meritoque confessoribus prioris classis accenseri potuerit; Epiphanius L. II. adv. Hæreses Hær. 64. n. I. & ex eo Nicephorus L. VI. c. 33. lapsum tandem fuisse Alexandriæ me- morant. *Qvorum* prior subjicit: *hoc modo & à Martyrii gloria, Confes- forum Martyrumque, qui illis temporibus erant, judicio excidit, & ab Ecclesiâ dejectus est.* Qvam narrationem pro verâ habent Espencaeus p. 357. b opp. Petavius in Epiphanium ad h. I. p. 258. Baronium refu- tans, & Huetius *Origenianorum* L. I. C. 4. n. 4; fabulam verò eandem esse probant Baronius ad Ann. 253. n. 120. Haloixius *Orig. defens.* L. IV. qvæst. III. Raynaudus *Hoplothecæ sect. II. serm. I. c. II.* Valesius *Annot. in Euseb.* L. VI. C. 39. p. 130. & in *Diss. de Origine & Origenianis* n. X. seqv:

Magni-

Magnificus summeque Venerabilis D. D. Fechtius, Patronus Praeceptor,  
 & in J. C. Parens Pietate filiali ad cineres usque suspiciendus, Qui Petavi-  
 ana etiam argumenta brevitate concisa examinat; quemadmodum huic  
 favere quoque sententiae videtur Magnificus D. D. Kortholt de perse-  
 cutionibus p. 339, ut proinde merito summorum hæc Praeceptorum vestigia  
 & nos, quæ par est, observantia veneremur. Qucunq; interea modo  
 cum Origene se res habeat, certum tamen est & ex aliis exemplis lapsum  
 hujusmodi ob fragilitatem humanam vel à constantissimis antea Con-  
 fessoribus non prorsus fuisse alienum, ut adeò gravissimis etiam exhor-  
 tationibus ad finalem perseverantiam à providâ matre Ecclesia ipsos fu-  
 isse admonitos probabile prorsus fiat.

XXV. Et hæc de membro priori. Postulat jam methodi ratio,  
 ut ad posterius etiam nos accingamus, quod patere possit Martinum  
 nostrum Lutherum venerandis antiquæ Ecclesiæ Confessoribus jure suo  
 accenseri posse. Id verò probaturi lubentes concedimus, si ad Con-  
 fessores prioris classis respexeris, annumerari iisdem Lutherum com-  
 mode satis non posse. Novimus enim divini providentiam Numinis  
 ternam seu tormentorum seu aliorum, quales expressimus, cruciatuum  
 vim quantum & quidem constat hactenus experiri eum non voluisse,  
 ut ut adversariorum sævitia nullas non ipsi miserias optasset, destinas,  
 setque, nisi fortè quis pro exilio vel carcere habere velit Lutheri in arce  
 Wardburg custodiam, quam tamen, quippe non ab inimicis, sed  
 amicissimis, ad malitiosas adversariorum machinationes declinan-  
 das suscepit, nec in damnum, sed summum potius Lutheri mu-  
 nimentum adhibitam, studio referre hue noluimus, de inquis modo  
 conatus agentes, quamvis tamen interea non negemus, multa omni-  
 nò in ipsâ illa custodia perpessum fuisse Lutherum adversa, prouti scriptæ  
 loquuntur epistolæ, per quas, dum in exilio quasi degeret, Confesso-  
 rum instar antiquorum, Cypriani imprimis Confessoris exulis, Fratres  
 suos inde sinenter adeò ad immobilem in Fide Constantiam hortatus fuit,  
 ut Lutherus ipse, quæ Cyprianus quondam in ep. 20. ad Eccles. Rom.  
 p. 2. suo de se effari modo potuerit, verba ipsa vide adducta n. XIX.)  
 illi verò, qui per literas Lutheri variis in locis ad perseverantiam jugiter  
 fuere admoniti, gratias agere Luthero potuerint cum Nemefiano ep. 77.  
 inter Cyprianæas p. 234. semper magnis sensibus pro temporis conditione  
 literis iuriis locutus es, quibus as fiducie lectis, & prævi corriguntur, &  
 bona

Subjungitur  
 membrum  
 posterius,  
 quod ostendit  
 Confessoris te-  
 tulum com-  
 petere Luther-  
 eo (i.) non  
 proutiis tri-  
 buitur Con-  
 fessoribus  
 Classis Prioris

**E**t bona fidei homines corroborantur, dum enim non desinat tractatibus suis sacramenta, (i.e. sacrarum scripturarum arcana, mysteria &c.) occultia nudare, sic nos in fide facis crescere, Et de seculo homines ad credulitatem (i.e. fidem christianam) accedere. Nam quæcumque bona in multis libris tuis inculisti, nescius ipsum te nobis designasti; es enim omnibus in tractatu major, in sermone facundior, in consilio sapientior, in patientia simplicior, in operibus largior, in abstinentia sanctior, in obsequio humilior, Et in actu bono innocentior. Conf. Cypriani epistolas passim, & adde literas Lutheri partim in tomis, partim in speciali volumine per Aurifabrum vulgato.

Sed (z.) prout  
utriusque assignatur  
Confessori  
bus Classis  
posterioris,  
quod proba-  
tum Confes-  
sione VVor-  
matie in pu-  
bicis Comi-  
ciis An. 1521.  
edita.

Ubi narratur  
(a) quâ oc-  
casione, Et  
quomodo Lut-  
herus VVor-  
matiam bo-  
casus fuerit.

**XVI.** Prætermissâ verò significatione hâc, quâ Confessorum salutantur titulo, qui varii generis miseras pro Gloriâ Christi actu sustinuerunt, his, qui solenni veritatis Confessione editâ ad sustinendos etiam quosvis à persecutoribus sibi inflictedos cruciatus fure paratissimi. et si re ipsa nondum eos senserint (quales posterioris classis fecimus Confessores) annumerari posse Lutherum, probabit vel nobilis illa Wormaria Anno. 1521. in primis Caroli V. comitiis coram Imperatore, totiusque Imperii Magnatibus, in solidam Veritatis agnitæ defensionem (id enim cum toties à tot Theologorum nostratium probatum jam sit, & quotidianè adhuc probetur, præsupponimus) edita Confessio; quâ de sequentia in medium proferre operæ omnino pretium fore videtur.

**XXVII.** Scilicet posteaquam arduum Reformationis negotium disputatione Anti-Tetzeliiana Anno. 1517., dirigente divini Numinis providentiâ, inscio ipso (qui tum de reformanda solenniter Ecclesiâ nondum cogitaverat) Lutheru, esset inchoatum, non modo illustrabatur indies virtutis divinæ radiis Lutherus cum omnibus veritatis studiosis; verum suâ etiam culpâ excœcabantur magis magisve, qui Papæ, ejusque mendaciis totos se mancipaverant. Certabatur itaque à parte utrâque, ibi majori semper veritatis defensione, hic acriori ejusdem impugnatione. Certamina hæc compositurus Imperator Carolus V. referente ex actis indubitatis Per Illustri Seckendorfio Hist. Lutheran P. I. p. 148. decretum, quo omnes Lutheri libri Magistratibus exhiberi jubebantur, publicabat; ut vel hæc tandem ratione cum scriptis Lutheri & ipsa quoque Doctrina proscriberetur. Quantumvis verò ex Imperii Ordinibus plerique finem, qui edicto hoc intendebatur, exoptarent anxiè, non tamen sufficiens ad promovendum eundem

dem judicabant esse medium Cæsareo mandato propositum, siquidem per universam Germaniam Doctrina à Lutherò propositacum scriptis simul ipsius jam esset divulgata; proinde consultius existimat fore, ut audiretur Lutherus ipse, interrogareturque, an Articulos contra sanctam fidem Christianam à majoribus acceptam, & huc usque servitam, revocare veller? Qvo facto, & audiri Lutherus in aliis, puta in his, quæ corrigenda erant, deberet, & omnibus lege æquitatis jam constituti, si, ubi postulasset necessitas, non revocasset idem, mandato Cæsareo satisferi posset (Id quod notari meretur præcipue ad emendandas narrationes hæc de re vulgares, quæ soli Saxonie Electori Friderico idem negotii adscribunt.) Probatur Carolo Ordinum illud consilium, (non obstantibus, quæ movebantur à Papæ mancipiis, & Aleandro maximè, Pontificis Legato, difficultatibus) ita tamen, ut edictum etiam, nè plures turbæ orirentur, (ut legitur ibidem) promulgaretur. Hoc itaq; fine citatur Wormatiam Lutherus. Non pœnitabit audire ipsam hanc in rem Imperatoris epistolam. Sic autem habet illa in genuinis hujus rei actis inferius citandis: *Caro-  
lus V. Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus Eccl: Ho-  
norabili, nostro dilecto, devoto Doctori Martino Lutero, Augustini-  
ani Ordinis. Honorabilis Dilecte, devote Qvoniam nos, & Im-  
perii statu nunc hic congregati, proposuimus, & conclusimus propter  
Doctrinam & libros, aliquandiu hactenus abs te editos, scrutinium  
de te sumere, dedimus tibi ad veniendum huc, & iterum hinc ad tuam  
securam tuitionem, nostram, & Imperii liberam, directam securitatem  
& conductum, quam tibi circa hæc mittimus, desiderantes, ut velis te  
stairim accingere itineri, ita, ut infra 21. dies in hujusmodi conductu  
nostro, nominatis omnibus modis, hic apud nos sis, & non domi maneas.  
Neque ullam vel violentiam vel injuriam timeas. Volumus enim te  
in praefato nostro conductu firmiter manu tenere, & nobis persuadere  
te venturum. In hoc namque facies nostram severam sententiam. Da-  
tum Wormatiæ die 6. Martii, An. Dom. M. D. XXI. Ec.*

XXIX. Sed quid ad hæc Lutherus. Simulac jussu Electoris Sa-  
xoniæ quæsitum ex eo per literas fuisset, si vocaretur à Cæsare, id enim  
adversarios moliri, quid facturus esset? respondit jam A. 1520. d. 21.  
Decembr. ad Spalatinum L. i. Ep. 205. ad floridam se Confessionem præ-  
parans: se omnino veniurum, Cæsarisque vocationem pro divinâ habi-  
turum esse, si autem vis fiat, sicut verisimile sit, DEO commendatu-  
rum esse causam, qui tres pueros in fornace ignis servaverit; si vero  
D servare

(B) Quam  
forti animo  
fuerit Luthe-  
rus, dum au-  
diisset cita-  
tum se VVor-  
amatiæ esse,

servare nolit, parvam rem esse Caput suum, si ad christum comparetur, & quæ ille passus sit. Quæ intermixtis aliis tandem hinc concludit: nostra nesciura id unum est officium reliquum, ut oremus Dominum, ne Caroli Imperium in meo aut illius sanguine pro impietate tunda primas operas cruentet: malemque me, quod apud dixi, in suis Romanistarum manibus perire, ne ille cum suis in hanc causam involveretur, cuius quæ miseria Sigismundum Imperatorem post occisum Hussum coisse uisa sit. — Sitamen ita fieri oportet, ut & ego non modo Pontificibus, sed & Gentibus tradar, fiat voluntas Domini, Amen. Etabes meum consilium & animum. Omnia de me presumas, preter fugam & palinodiam. Fugere ipse non oportet, recantare minime. Ita me confortet Dominus Iesus. Ne uitrum enim sine periculo Pietatis, & multorum satiris facere possum.

(Y) Quam, animose iter VVormatiam aggressus, & persecutus fuerit.

XXIX. Hoc igitur armatus animo Heros fidei ad iter se accinxit, posthabitis omnibus amicorum admonitionibus, prætentiam periculi exaggerantibus. Non deerant, inquit Sarpius ipse Hist. Conc. Trid. p. 12, qui prosectionem aehortarentur, damnatione suâ per Pontificem jam publicatâ. Et templorum valvis affixa, preter uetus confirmationem, nisi si quid gravius accideret, frustra quodquam esset sterandum. Quorum ille opinione reiectâ magno nimino respondit, esse sibi decretissimum eò proficiunt, licet contra se toti insurrecturi essent dæmones, quot in eiusdem illius oppidi cernerentur regulæ. Quæ eadem placeat audire (siquidem Probatio vera & minimè contradictione oria est, quæ ex adversariorum dictis elicuntur, ut loquar cum Ireneo L. IV. adv. Hæret. C. XIV.; cum apertaveritas clausos enamferia oculos, ut alicubi ait Augustinus) etiam ex Maimburgio Hist. Luther: L. I. Sect. 39. scribente: amus, quicum ab iuncte dehortabantur, quia ab Imperatore, qui ubros ejus lomburi fecerat, immundematus esset, respondit: quod se omnes homines toto orbe juncti, omnesque dæmones inferni, ab hoc iuncte non essent impediti, scilicet cum am DEI fuerit. Veritati quippe conformia ea ipsa esse, quæ T. II. Jen. Germ f. 79. a. in literis ad Electorem hunc in modum ipse exprimit Lutherus nos docent. *Qui enim ista habeat genus, dabit ipso vicem Dei. I. s. 2. et in s. auß nich gehalten habent als Siegel auf den Dächern sind in alre ich dennoch mitten unter sie gesprungen mit Freuden.*

XXX. Imò quantumvis in ipso iam itinere constituto efferrent se plurima, quæ ab executione propositi deterrere ipsum possent, sprestata-

is tamen & hisce difficultatibus Wormatiām properavit Noster. Audiamus ipsaejus verba ad Spalatinū L.I. Epist. p 3. 4.b Francofurto Wormatiām scripta: *venimus, et si non uno morbo me Satan impediē molitus sit, totā enim hāc viā ab Iseñaco usque huc langui, & adhuc langueo incognitus mibi ante hac modis. Sed & mandatum Caroli esse in terrorē mei euāgatūm intelligo. Verūm Christus vivit; & intrabimus Wormatiām invitis omnibus portis inferni, & potentatibus aēris.— Satanam terrere, & contemnere propositum est.*

XXI. Wormatiām sic die XVI. Aprilis ingressus, die mox seqventi, qvi erat XVII, horā 4. post meridiem in confessum publicum Comitialem, praeunte Pappenheimio Mareschallo, & Feciale Sturmio, fuit deductus. Posteaqvām verò Officialis Trevirensis Johannes ab Eck (non confundendus cum Joh. Eccio, ut vulgo fit, etsi idem hic Lutheru non minus, ac Eccius ille disputator, infestissimus fuerit) nomine postulasset Imperatoris, ut ad duo responderet Lutheru quæsita: (1.) an auctorem se fateretur Librorum, Titulis suis, urgente Hieronymo Schurffio, indicatōrum; (2.) an retractare vellet in iis asserta, an defendere; prius animo se affirmavit, ad posterius verò tempus se ad cogitandum petere, quia de remaximi mom̄ni ageretur, regessit; deliberandi igitur spatio gratiā Cæsareā obtento, ad sequentem diem ulterior rei discussio dilata fuit.

(d) Quām  
prudenter  
Confessio-  
nem suam in-  
choaverit d.

17. Aprilie.

XXXII. Pontifici eqvidem, pro suo vel optima qvævis in Lutheru improbandi studio invenisse se, non quod pueri in faba, hic ex istimant, inconstātiæ timiditatis, & cuius non vitii Lutherum accusantes. Quemadmodum ipse Trevirensis Officialis hāc iis in parte prævit, dum anteqvam concessum deliberandi tempus annunciat, indignum pronunciavit Lutherum, *cui longior cogitandi mora deitur; id quod præprimis repetit die etiam seqventi, exclamans: etiam si jure imperare non debueras longius cogitandi spatiū, qui tanto tempore Lutheri ipsius scivisti, ad quid vocareris. Et fidei negotium iam certum omnibus esse verbis conveniebat ut quisque quounque tempore postulatus, ratione eius certam, & constantem reddere possit, nedium u, tantus & iam exercitatus Theologiae Professor.* Hunc secuti ex religionis sociis alii, ubi in temporum horum historia occupantur, acriter in Lutherum debacchari consverunt. Ex multis audiamus Maimburgium sect. XL, l. c. ubi retulisset preces Lutheri, qvibus deliberandi submissè exoptaverat spatiū, subjacentem: *Hæ profecto responsio non sapiebat genium Prophetæ divinitus inspirati, cum ex ea spes appareret retracturum ipsum dogmata sua esse. Ad qvæ refutanda possemus, productis in medium & exemplis Confessorum aliorum non absimilibus,*

& rati-

D 2

& rationibus aliis, defendere Lutherum, nisi ex judicio ingenui cuiusvis omnium optimè se defendisset Lutherus ipse jam, suo illo tum solenniter in germanica latinaque lingua edito responso; sic autem habebat se illud: *Quia de fide est quæstio & animarum salute, & quia divinum verbum concernit, quo nihil majus est, iam in celo, quam in terra, quod nos meritò revereri convenit omnes, temerarium ac juxta periculorum fuerit, me quidquam in cogitatum proferre, cum & minus quam pro re, & majus quam pro vero, non præmeditatus, afferere possim, quorum utrumque me in sententiam adducet, quam Christus iulit, cum ait: Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in celis est. Peto igitur hanc de causâ, & quidem suppliciter, à Cesareâ Majestate s̄parium liberandi, ut citra divini verbi iniuriam, & animæ meæ periculum interroga iusta faciat.*

(e) Quām in  
terepidē Con-  
fessionem  
suam d. 18.  
April absolu-  
tus Lutherus

XXXIII. Sed nos revertamur ad Lutherum Confessorem. Is sequenti die 18. nempe Apr. cùm comparuisset, confessionem suam solenniter jam editurus, in Germanico & latino idiomate repetitis, quæ ad priorem quæstionem præcedenti die regesserat, ad posterius, de revocatione postulatum, inter alia reponebat: (prout in compendium à Maimburgio, l.c. sect. 41. Judice ipso Per-Jll. Dn Seckendorffio non malè contracta ea se habent: ) *Libros se variis generis, nec unius materiæ, composuisse, quosdam de fide, & pietate Christiana, hos sine impietate revocare se non posse; alios contra decreta, abusus, doctrinam, & usurpationes Pontificum, qui tyrannidem in Christianos exercerent, & scandala darent, hæc quoq; quæ scripsiter, revocare se non posse, nisi manifestè prodere Evangelium, & tyrannidem in Ecclesiâ Delovere vellet; deniq; aduersus privatos quosdam se scripsisse, qui doctrinam suam impugnauerint, & Papæ dogmata paruerit & tyrannidem defendenterint, in his faceris se, quod aliquando nimium acris in adversarios fuerit, sed quoniam non de moribus suis, sed de Doctrinâ ageretur, hæc verò à se semper evidentibus Scriptura testimoniis confirmata fuerit, nunquam se eam negaturum, sed paratum esse ad illam coram quocunq; defendendam, revocaturum etiam, & libros suos ipsum combusurum, si ex solo verbo divino, non humano, demonstrari possit, quod erraverit. Memorabilia præ cæteris sunt ex hoc ipso responso formalia Lutheri verba sequentia: alio patrocinio meis libellis adesse non possum, quam ipse Dominus meus J. C. affuit sue Doctrinæ, qui, cùm coram Hanna de sua Doctrinâ fuisset interrogatus, Galapam a ministro accepisset, dixit:*

§

si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Si Dominus ipse, qui sciebat sese errare non posse, non detrectavit testimonium adversus suam doctrinam audire, etiam à vilissimo servo, quanquam ego sex, non nisi errare potens, debeo expetere & expectare, si quis testimonium reddere velit adversus meam doctrinam? Itaq; rogo per misericordiam DEI, Sereniss. Majestas vestra, Illustrissimæq; Dominationes Vestrae, aut quicunq; tandem vel summus, vel insimus possit, reddat testimonium, convincat errores, superet Scripturis Prophetice & Apostolice, paratissimus enim ero, si edocet suero, quemcunq; errorem revocare, erog; primus, qui libellos meos in ignem projiciam.

XXXIV. His verò, aliisq; prolati, cùm Joh. ab Eck in crepabundo similis, simplex à Luthero peri, & non cornuum responsum, an velit revocare, vel non? dixisset; tandem regessit Confessor sequentia: Quando ergo S. M. V. Dominationesq; vestrae, simplex responsum petui, dabo illud, neque cornuum neque dentatum, in hunc modum: Nisi convictus fuero testimonis scripturarum, aut ratione evidente, (nam neque Papæ, neq; Concilii solis credo, cùm constet ea errasse saepius, & sibi ipsis contradixisse) vicius sum scripturis à me adductis, captaque est conscientia in verbis DEI, revocare neque possum neque volo quidquam, cùm contra conscientiam agere, neque iustum sit, neque integrum; Hie stehet ich / Ich kan nicht anders/ Gott helfe mir. Amen. Qvæ eadem repetit saepius l. c. p. 13. Nec dissimulat Maimburgius l. c. Sect. XLI.

XXXV. Dimisso sic ex publico hoc conventu Luthero, colloquiis res agitata fuit privatis. Tantum autem abfuit, ut tot Illustrium personarum conatibus ad palinodiam seu prece, seu pretio, seu minis adduci unquam potuerit Heros magnanimus, ut eandem potius fidei confessionem constanti semper animo repetierit. Brevitatis causa recensimus modo responsum ejus redditum Electori Trevirensi, quodnam cause dari posset medium? qværenti, prouti recensetur T.I.J.G.F. 448.b. Rein besser Rath noch Hülfte ist / denn so Gamaliel gegeben/ wie Lucas zeuget/ Act. V. ist der Rath/ oder das Werk aus Menschen / so wirds untergehen / iss aber aus GODDE / so werdet ihrs nicht dämpfen können. Solches möchten Käys. Maj: Cur: Fürsten / und Stände des Reichs/ dem Pabst schreiben/ er wüste gewiß/ wäre dies Fürnehmen/ und Ehun aus GODU nicht/ so wörde es in drehen/ ja zweyen Jahren selbst untergehen. Qvæ etiam videri possunt apud Sarpium l. c. & Maimburgium Sect. XLII.

XXXVI. Denique cùm à causa semel suscepia, non posset dimo-

(2) Qvæ  
constanter  
in Confessio  
semel edita  
permanerit.

(3) Q  
nē Cō

nis actui si-  
nem imposu-  
erit.

veri (verba sunt Sarpii I. c. p. 13.) Lutherus, atq; in hoc animum obfir-  
masset, nullius stare iudicio, nisi ad S. Scripturæ Regulam res exigatur,  
facta est ei diuidendi potestas, & ad redeundum domum dati d. es. 2.5.  
ubi illustrem hanc suam Confessionem divini nominis, quod confessus  
erat, celebratione, qva incepert, hoc modo clausit. *Sicuti Domino pla-  
cuit, ita factum est.* Sit nomen Domini benedictum, adjiciens: alio-  
qui pro C. M. & Imperio passurum se omnia, vitam & mortem, famam  
& infamiam, nihilq; prorsus sibi reservaturum, nisi unicum Domini  
Verbum, liberum, ad confiendum & restitendum illud. Discessit itaq;  
d. 26. Apr. Fusiū Acta hæc ad Wormatiensem Lutheri Confessionem per-  
tinentia qvi legere vult deducta, adeat T. I. J. G. f. 432. seq: & specialem  
librum, qvi hæc & alia ad Historiam Lutheri spectantia exhibit, à Joh.  
Pollicario, Cygnæo, Weißenfelsensi Ecclesiaste Anno 1547. publicatum,  
imprimis vero Per-Illustrem Seckendorffium p. 158. seqq. T. I. Hist:  
Luther: nec non Sarpium p. 12. Hist: Concil: Trid. Exqvibus nos præ-  
ceteris, quæ visa sunt memorabilia, depromere operæ pretium duximus.

*Ex quibus  
omnibus (θ)  
elicitur, Lu-  
therum Clas-  
sis Posterioris  
Confessoribus  
jure accen-  
seri.*

XXXVII. Vidimus ita, quomodo Lutherus in agnita semel  
veritate fortiter propugnanda coram infensissimis tot hostibus sererit,  
ut Confessor, p. am. i. i. i. confortatus, quasi turris minime vulnerans,  
sic columnæ immobilitis, sicut propugna uum, quod non quatitur, Lu-  
therator invictus, vulnerans magis, q. àm vulneratus, ut cum Chryso-  
stomo Confessorem describere liceat. Planè juxta normam à Christo  
præscriptam Matth. X. 32. exemplumque Christianorum veterum, quo-  
rum indolem idem aurei vir eloquii Homik. XXV. in Matib. ita depin-  
git: ne dicant Christiani, si necessitas persecutionis advenierit, coram  
hominibus ore denegabo, in corde autem veritatem tenbo. Ideo non di-  
cit Christus, qvi me confessus fuerit in corde; sed coram hominibus. Qvi  
enim coram hominibus non constetur, non prodit, quod orde in Christu  
credit: quis i. quiore denegat, non potest fieri, ut in corde credat, Radix  
confessionis fides est cordis: confessio autem fructus fidei.

*Subjungitur  
appendix de  
Usu disserta-  
tionis, qui est.*

XXXIX. Supereft jam aliud nihil, qvā ut qvaliscun-  
que hujus Schediasmatis, ne prorsus nihili instituta historiæ recentioris  
cum antiquiori collatio videatur, illum subjungamus. Erit autem is du-  
plex. Prior deducet nos ad considerationem Potentiae pariter ac Provi-  
dentiæ Summi Numinis, qva factum est ut Lutherus Confessor eqvidem  
gloriæ divinæ constitueretur illustris, sufficientique virtute ad edendam  
hujusmodi confessionem armaretur, neq; tamen permisum, ut tot  
tantisque adversariorum desideriis ex voto satisficeret, qviq; ad  
susti-

sustinendos omnis generis cruciatus paratissimus erat Confessor, vel aliquos re ipsa sibi inflictos persentiret, quorum intuitu ad Confessores Clavis prioris referri deberet.

XXXIX Sanè quanta ad edendam hujusmodi Confessionem (1) consideratio divinitatis requiratur Vis non nisi divinitus concedenda, ipse nos doceat Confessor Lutherus T. IV. Lat. Jen. f. 408. scribens: *Est audacia supra audaciam, Virtus supra Virtutem, fortitudo supra fortitudinem, audere loqui in publico, & confiteri in men Domini. Hic enim Satan imminet omni genere insidiarum, ut hanc confessionem impedit. Eas insidias omnes, si oculis humanis possibile esset cernere, facile causa pateret; cum & spiritu anteā rogārit confirmari Prophetæ, & nunc ab ipso Domino labia aperiri optet; non ad orandas horas Canonicas, sed ad portandum nomen Domini coram Diabolo, mundo, Regibus, Principibus, & carne universâ. Hic enim variæ occasiones sunt, quæ labia premunt. Nonnunquam metus periculi, nonnunquam lucris; sepè etiam amicorum consilia interveniunt, quibus hoc Sacrificium satan conatur impedire. Sicut ergo quoque sepè expertus sum, & tamen in magnis causis, ubi periclitabitur Gloria DEI, Deus affuit, & aperuit os contra ista obstacula. Hinc instituto sanè optimo divinam hanc assistentiam seqventi oratiuncula ipso Confessionis jam jam consideratae tempore devotè semper sibi exorandam judicavit idem: Confirm a Deus hoc in nobis, quod operauis. & perfice opus tuum, quod incepisti in nobis, ad gloriam tuam. Amen.* v. Pollicarium I. c.

XL. Nec minorem Numinis æterni Providentia meretur Considerationem; Ea siquidem per totum Confessionis negotium Illustribus sese Speciminibus conspicendi dederit. Breviter ex his ut perlustremus nonnulla, soli sane Illi adscribendum, quod plenida adeo confessioni occasio assignata, quodque, qui tumidis Papæ mancipiis, ceu miser monachus, ut loquitur Maimburgius L: I. H: st: Lutheran. Sect. XLII. de ipsis his actis Wormatiensibus agens, summo erat despectui, Veritate tamen, quæ cum ipso adsperrabatur, in confessu præcipuorum orbis Christiani Magnatum, maximâ sui parte ex præconceptis, quibus fascinati erant, opinionibus, viri innocentissimi, & cum eo totius, quam prædicabat, interitum Doctrinæ quærentium (præter unum enim Saxoniæ Electorem Lutheri tunc Patronum se neminem prorsus, & ne hunc quidem aperte talem, ut causam hujus suam faceret professum fuisse, Per Illustris notat Seckendorffius I. c.p. 156.) publicè & solenniter confiteri iuslîs fuerit contradicente conatu plane irrito Aleandro Nuntio Pontificio, meum eni quippe ne Lutherus, qui in quendam disputandi occasionem avide quæret, coquentiâ sua & suis subtilitatibus homines non rari ad iudicandum de iactibus rebus idoneos, deciperet; ut verba habent Maimburgii I. c. Sect.

(1) Potentia, confirmans Lutherum in confessione suâ.

Sect. 38. L. I. qvæ aliquam sane veritatis & desperatae simul causæ professionem utut sub insigni verborum virulentia latitantem, nobis pandunt. Imo quisquis præterea in memoriam sibi revocaverit Lutherum, per Bullam Leonis X. P.M. jam A. 1520 ceu *carcinoma Ecclesiæ, uigil infenſiſſimum boni omnis inimicum, & Hæresiarcham nequissimum, ex gremio matris Ecclesiæ extrusum*, à Gl. Mem: Imperatore Carolo V. tamen in solennibus literis ceu *Virum Honorabilem, dilectum, devotum ad publica Wormatiam Comitia benignè adeò vocatum esse, non poterit non Providentiam hic agnoscere Eius, in cuius manu sunt corda Regum sicut divisiones aquarum, quæ inclinet quocunq; voluerit, Proverb: XXI. I.*

XLI. Præ reliquis autem stupendæ hujus Providentiæ specimēnibus devotâ miramente debemus summam potentissimi Numinis protectionem, quæ & exeunte, & redeunte comitata semper Lutherum fuit, eundemq; non nisi posterioris Classis adscribi Confessoribus (ne suo orbaretur ulla in parte Fidelium cœtus Doctore, nefariumq; veritatis hostes propositum perficerent) permisit. Qvæ expectaverint Wormatiæ Lutherum illuc vocatum pericula, ex ipso jam adversariorum ore audivimus, (Conf.N. XXIX.) placetq; ea firmare verbis glor:mem: Electoris Friderici, qvæ Wormatiæ ad Fratrem Johannem perscripsit; apud Per. Ill. Seckendorff. l.c.p. 158. nescio an Lutherum venturus sit, mandata contra eum affixa sunt. (de libris ipsius Magistratibus summis tradendis v. N. XXVII.) **Cardinales & Episcopi summoperè ei adversantur, Deus omnia in bonum vertat.** Qvæ præterea, cum auditus jam esset, paratæ Lutherο fuerint insidiæ, Principis Ejusdem verbis l.c. lubet recensere: *Si in viribus meis possum esse, promptissimus forem juvandi Martinum in iis, que jure petere posset. Credas tam: n mihi ita me uigeri, & à talibus, qui miraturus sis, si id narravero. Nihil aliud agi videatur, quam ut in exilium pellatur. Quicunque ullo modo illi bene cupere deprehenditur, pro heretico habetur. DEUS ista in bonum vertat, & profecto justam causam non deseret. Qvæ in aliis post abitum jam Lutheri scriptis confirmantur h.m. Martinicauſa in hoc versatur, ut in exilium ejiciatur. Nullum contra hæc est remedium. Eventus tamen stat penes DEUM. Credas velim, quod non solum Hannas & Caiphas, sed & Pilatus & Herodes Lutherο aduersentur. Quantæ cæteroq; vi Insidiæ Lutheri vitæ, cùm degeret Wormatiæ, fuerint structæ, exhibebit D.V. Lutherus Martyr. Hoc autem loco audire Sarpium juvabit de gravissimis, quæ, cùm*

cum discessum moliretur Lutherus, circa datam literis Cæsareis Securitatem, mota sunt, dubiis, deque consiliis, pro acceleranda innocentis extrema pernicie, instigante Clero Rom, tum agitatis p. 13. l. c. sic referentem: non deerans in eo senatu, qui Constantiensis Consilii acta probantes dixerint; fidem ei minimè esse servandam, sed horum sententiae Ludovicus Com. Pal. El. refragatus est, tanquam sempiternum decus inureni Germanico nomini; cum indignatione affirmans, baud quaquam esse ferendum, ut in gratiam sacerdotum Germania publice fidei violatae insamia laborare debeat.

XLII. Quot, interea qvanta potentissimorum etiam adversariorum fuerint molimina, his tamen omnibus Dei tutela. Siqvidem potentissimum seprobavit. Non solum ex omnibus aliis vitæ periculis, ad qvæ fortius perferenda paratissimus erat, ereptus, sed, impetratis etiam salvi conductus literis, ad locum securum, promoventibus ipsis etiam illis, qvi & Confessori & Doctrinæ ejus minus alias favebant, deductus est Lutherus. Imperator ipse Carolus V. (quem ista occasione hæc dixisse ferunt: si fides in toto orbe exularet, in aulis Principum illi refugium daberet) datam semel fidem accurate adeò servavit, ut eo nomine hodienum quoque iniquas Pontificiorum sustinere cogatur censuras; Qvibus accensenda omnino illa Maimburgi Lutb: L. II Sect: 32. libere dicam, qvæ sentio, esse nimirum, qvæ in Caroli V. consiliis, & actionibus circa hoc negotium desiderari possint. Reprehendendus is est, quod Lutherum, audacter in Comitiis Wormatiensibus, se presente, loquentem, retinueri non fecerit; ut Varillasii aliorumque in Optimum Imperatorem invectivas alias (qvas in dissertatione forsitan speciali, qvæ Carolum; V. Lutheranum adumbrabit, D. V. sumus exhibuti) prætereamus; (imò Georgius etiam, Saxoniae Dux, Adversarius ille Lutheri infensissimus, hac tamen in parte lacriter adeò Confessorem nostrum defendit ut sequentia etiam prouti Relatione MSStā exhibit Comment. Seckend. p 160 protulerite Principes Germani hanc urpiudinem, maxime in his primis Cæsareis Comitiis, admissuri ne usquam sunt, ut fidem suam violarent: non convenient hæc cum priscis Germanorum moribus, sed servari debent, qvæ promissa sunt. Qvæ omnia ad oculum demonstrabunt, quâ ratione impleri debuerit Joh. Hussi, invicti illius Martyris, An. 1415. contra datam à Sigismundo Imperatore fidem in Concilio Constantiensi exusti, vaticinium, qvod ad se ipsum sic applicavit T. V. J. G. f. 321. Lutherus: S. Johann Husz hat von mir geweissaget da Er aus dem Gefängniß in Böhmer-Land schreibt: Sie werden jetzt eine Gans braten / denn Husz heißt eine Gans / aber über 100.

LUTHERUS CONFESSOR.

34

Jahr werden sie einen Schwan singen hören / den sollen sie leiden/ da soll es auch bey bleiben/ ob GOTT will.

*Adjicitur U-  
sus (II.) qui  
est refutatio  
criminatio-  
num Papisti-  
carum.*

XLIII. Et hæc dē Usu priori. Iusus posterior probabit se in refel-  
lendis Pontificiorum calumniis. Generatim Lutherus Confessor, qvæcunq;  
de Lutheri in Doctrina titubatione & inconstantia spargi solent, suo modo  
refutabit; specialim v. editam Wormaltiæ Confessionem contra eos defen-  
det, qvi omnia Confessoris requisita Luther o defuisse audacter affirmant.

*Ubirecens erus Rostius*, qvando omnem Confessioni huic laudem detrahit in  
zur (1.) ea. Pseudo - Jubilæo suo p. 32. qvia (1) præmunitus erat contra omnia pe-  
demæ Rostio. riuia quam opimo modo, non Imperatoru modo, sed Principum  
quogz S.R. J. interpositâ fide, ut sine metu intrare posuerit Wormalti-  
am; (2.) quia sibimet ipsi Lutherus non satisfecit in confessione Wor-  
matiæ edita, scribens T: II. Epist. f. 356. ego ilmeo valde, Exor consi-  
enid, quod tuo, (Spalatini) Gamicorum confidio cedens, Wormaliæ re-  
misericordiam meum, & idolis illis non exhibuerim Eliam aliquem.  
(3.) qvod loca Catholica, ipsamq; Romam, in quibus non erat prædio  
præmunitus, non adierit.

*(\*) Refutan-  
tur, dum con-  
fessio Lutheri  
verbis Patrum  
Ecclesiæ an-  
tiquæ defen-  
ditur.*

XLIV. Verùm his, aliisq; adversariorum objectiunculis, præsup-  
posito, ut jam monuimus supra, qvod ipsa Lutheri confessio cælestem veri-  
tatem ex tenebris spississimis Luci suæ restituendam defenderit, (id quod  
jam probare hujus non est loci, imprimis cum à Jesuita etiam hac occasi-  
one non fuerit in dubium vocatum) opponimus (1.). Quando Lutherus,  
non ultrò sine vocatione Romam, locaque Catholica (ut cum Rostio  
loquamus) adiit, id est semet ipsum ad Confessionem, Martyriumq; ve  
obtrusit, tantum abesse, ut eo ipso confessoris gloriam amicerit, ut po-  
tius, secundum præscripta Confessorum Ecclesiæ antiquæ exempla ean-  
dem lartam atq; illibatam retinuerit. Non ignorabat sanè is, Hussi, Hie-  
ronymi Pragensis, aliorumq; exemplorum benè memor, stylum Cu-  
riæ Romanæ; (verba sunt Pauli Sarpii, qvæ, cùm Venetiis, ut habetur  
in vitâ ejus, circa vesperam regredens ad monasterium, à quinque jug-  
ris, falla ibus donis, & macinacionibus Papalibus conductis, ferro,  
seu STYLO invadereiur, tribus inflictis vulneribus, protulisse fertur,  
ajens: ignoraris ne STYLO Curiæ Romanæ?) hinc sine speciali debi-  
taq; Vocatione petere talia noluit, sed expectavit, donec tradereiur;  
ut de Polycarpo Encyclica Smyrnensis Ecclesiæ Epistola habet; (qvam  
maxima sui parte exhibet Eusebius L. IV C. 15., integrum verò edidit  
Jac. Usserius, supplevitq; ex editione Usseriana, qvæ desiderantur apud  
Eusebium, Valesius in Eus. I c. p 73.) quemadmodum Dominus ex speciis  
vitæ, ut nos quoque immutatores ejus esse mœ.

XLV.

**XLVI.** Etenim honestum quidem est, verba sunt Origenis T. XXXI. Comment. sui in Joh. XI. 35. si inciderit certamen pro confitendo Jesum, Confessionem non dif- ferre, neq; tardare mortem pro veritate oppetere. At non minus, quam hoc, ho- nestum est, tali tantæq; tentioni occasionem non dare, sed omni modo vitare eam: non solum, quia tantæ rei exitus sit nobis incertus verum etiam, ne nos occasio simus, ut magis peccatores, magisq; impi fiant illi, qui nondum sanguinem nostrum quidem re ipsa effudisse rei sunt facti; conf. Clem. Alex. L. IV. Strom. ex aſſe Præceptoris & Decessoris sui vestigia premens, quando inter alia scribit: si, qui hominem Dei interimi: in Deum peccat, is quoq; ejus cædis reus tenetur, qui se offert judicio. Talis autem erit, qui non vitat persecutionem, capiendum se præbens per audaci- am; Quæ eadem egregiè exprimit etiam Gregorius Nazianzenus, Orat. XXII. in Basiliū M: scribens: Hæc Lex Martyrii est, ut ultrò ad certamen non accedamus; bâc nimirum ratione tum persecutoribus, tum imbecillioribus athletis consulentes; nec tamen detrectemus. Illud quippe temerarii, & præcipitis est animi, hoc ti- midi, & ignavi. Quorsum etiani pertinent illa Concilii Elibertini Can. 60., de his, qui destruentes idola occiduntur: Si quis idola frègerit; & ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, neq; invenitur ab Apostolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi Martyrum.:

**XLVII.** Præ ceteris verò invictissimum Christi Confessorem, eumq; Martyrem, Cyprianum hic placet audire, qui & monitis benèdati, & suo- met exemplo Confessorem Lutherum defendet. Ne quicquam vestrum, scribit ep. 81. p. 2; 6. secessus sui rationem reddens, aliquem tumultum de fratribus moveat aut ultrò se gentilibus offerat; apprehensus enim, & traditus loqui debet; siq; videm in nobis Dominus positus illabora loquatur: qui nos confiteri magis voluit, qvam pro- fiteri, (unde Professores dicti, qvī non interpellati se martyrio ingerebant.) Per- tinet, ni fallor, huc etiam prudens Cypriani Consilium, ep. 1. datum: peto quoq;, ad procurandam quietem, solertia & solicitude vestram non desinatis: nam et si fratres pro dilectione sua cupidi sint, ad conveniendum, & visitandum Confesso- res bonos, qbos illustravit gloriis initis divina dignatio, tamen caute hoc, & non glomeratim, nec per multitudinem simul junctam puto esse faciendum; ne ex hoc ipso invidia concitterit. — Circa omnia enim mites & humiles, ut servis Dei congruit, temporibus servire, & quieti prospicere, & plebi providere debemus. Conf. idem L. de lapsis & alibi passim. Nec verbis modo, sed etiam suomet exemplo idem præfus noster docuit. Non enim tantum sub Decio divino iussu secessit v. ep. 16. p. 38. & ep. 20. p. 42; dum abesse publicè proscriptus, bonisq; omnibus spoliatus, v. ep. 66. p. 105. sed & morti jam victimus Martyr sub Valeriano, qui Curubin ante eum relegaverat, Paterno Pro-Consuli, ubinam Presbyteri late- rent, sciscitanti, respondit, ut habent passionis acta, qvæ repetit Augustinus L. contra secundam Gaudentii ep. c. 33. cùm Disciplina prohibeat, ut quis se ultrò non offerat, & tua quoq; censuræ hoc displiceat, nec offerre se ipsi possunt, sed à te in- quisiti invenientur. Vid. Rigaltium ad Cypr. Quæ omnia sole meridiano clarus evincit, qvam accutatè hâc quoq; in parte Confessorum Veterum exempla expresserit Lutherus.

**XLIIX.** In memoriam revocamus (2.) Pontificis, quod, et si Lutherus ad exemplum Confessorum veterum Vocationem VVormatiam exspectaverit, nec temere periculis sese ingesserit, non obstante tamen etiam ipsa Salvi Conductus tutela, adfuerint plurima, quæ, quò minus iter suum prosequere-

Et reliquæ ab-  
jectiones res  
solventur.

tur

Ms. 5842 A

36

## LUTHERUS CONFESSOR

etur, movere ipsum potuissent; quæ tamen ipsis concedentibus Pontificiis, animosè sprevit omnia; v. n. XXIX. & XLl., ut confessionem suam vocatus ederet,

XLIX. Qvando verò (3.) nec sibi met ipsi satisfecisse Lutherum, objicit Rostius; respondemus: optimo cuique, adeoque & Lutheru in more possum est, suas ita estimare actiones, ut, qvanquam iudicio aliorum satisfaciat abundē, nunq̄ tamen ex proprio humanae sibi infirmitatis conscientia iudicio satisfaciat. Sufficiet, sane ita Confessione suâ VVormatiensi Confessorem Lutherum defunctum esse, ut pertinacia crimine ab ipsi met adversariis onesetur. Hoc enim nomine invicta Confessorum constantia venire solet Pagani, qvos imitantur hāc in parte Pontificiis, & inter eos Maimburg. l. c. L. I. Sect XLII. ubi aduersus ingenium Lutheri pertinax nihil proficerere potuisse, qui revocationemurgebant, scribit.

Conclusio  
sub jungitur  
verbis Cypri-  
ani

L. Nihil itaq; obstat, qvò minus propriè stricteq; sic dictum Confessorem Classis Posterioris asseramus Martinum nostrum Lutherum, qvippe qui par iure Confessoribus adscribi mereatur, ac Martinus ille Turonensis, qvem cum Gregorio M., Leone, & Sylvestro Confessoribus solenniter adscriptum esse ex Frontonis Calendario probat Cardin. Bona Opp. p. 389. a. Neque enim Virtus ejus, ut Verba Cypriani hic suo modo applicare licet ex Ep. 12. p. 27 aut Honor minor est, quò minus ipse quoq; inter Confessores aggregetur. Quod enim in illo est, tolerabit, quicquid tolerare paratus & promptus fuit. Qui se tormentis & morti sub oculis Dei obiulit, passus est, qbicquid pati voluit. Non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt. Sicut scriptum est: qui in me confessus fuerit corā Hominibus, & ego confitebor in eum coram Patre meo, qui in cœlis est, ita confessus est. Qui toleraverit usq; ad finem, hic salvis erit, dicit dominus; tolerabit, & ad finem usq; incorrupta & immaculata Virtutum suarum merita pertulit. Et iterum scriptum est. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam Vitæ; & usq; ad mortem fidelis, & stabilis, & inexpugnabilis perseverabit

D. MARTINUS LUTHERUS CONFESSOR

### COROLLARIA:

I. Ngenua prorsus est Protestantium in Augustana Confessione Art. III. Abusuum p. 23. libri Concil Confessio: Falsò accusantur Ecclesiae nostræ, quod missam aboleant, retinetur enim Missa apud nos, & summâ reverentiâ celebratur; nec tamen minoricum candore confitentur iidē ex Art. Smalc. P. II. Art. II. p. 305. Quod missa in Papatu sit maxima & horrenda abominatione. Siq; vidē, ut verba habent, p. 307. Draconis cauda ista peperit multiplices abominationes & idololatrias.

II. Infelicia Ecclesie fata & fuisse semper, & esse sub uno Papa dolemus; infeliora verò eadem sub duobus vel tribus fuisse Papis bene novimus; ac felicissima & olim fuisse, & hodienum ea esse sub multis Papis ultrò confitemur.

III. Si vera fuit illa amici cuiusdam relatio, qvam verè communicavit B. Dorseheus Diss. de singularibus & mirandis documentis Providentia divina circa Aug. Confess. p. 25. Memini quidem me ante XX. & quod exturrit annos (edebat hæc A. 1655.) cum aliquo locutum esse, qui è Tomo illo, qui in Comitiis A. 1530. Auguste collectus fuit, AUG. CONFESSIO-NEM, excisam esse, in archib; Moguntino vidit, non deest causa, ob quæ dolere possint Orthodoxi. Qui atamen vera dicant Confessores Nostri in Praef. Libro Conc. præmissa assertentes, se Augustanam Confessionem illic expressam cum exemplari eo, quod Imperatori ipsi exhibita est, & in S. R. I. archib; afferbatur, contulisse, ut non reperiatur hodie A. C. in Archib; Imperiali, nullum orthodoxæ causæ nascitur damnum, ob quod dolere possint.

SOLI DEO GLORIA!



iiis, ani-  
edereſ, ſed  
objicit  
ore po-  
m fatis-  
conſcio  
fefforem  
iiis onca  
et Paga-  
, c. L. I.  
iſſe, qvi  
efforem  
qui pari  
em cum  
eſſe ex  
rtus ejus,  
non mi-  
nillo eſt,  
norti ſub  
ſed tor-  
nibus, &  
i tolera-  
& incor-  
ptuna  
ber-

23. libri  
im Missa  
iidē ex  
Siqvidē,  
olatris.  
elictiora  
ntuſſe,  
orſheus  
Memini  
lacutum  
ESSIO.  
e poſſint  
oræmiffa  
perato-  
e A. C. in  
ſſanc.



DM





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-40556-p0040-1

DFG

DR. 194. / 5  
DR. 194.

D. L.  
CON  
MARTYR  
COMITI

M  
Institutâ Historiæ Eccl  
ad depræ  
Et C

Summè Ven. in

DN. A.  
ELIS E  
S. Th D. Eiusdē  
Amplissimiq; P  
PATRONI, PR  
Submissi

M. JOH  
MÖ  
DISSERTAT  
D. XV.

JOHA

